This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600042110E

33.

470.

TIMAEI SOPHISTAE
LEXICON
VOCUM PLATONICARUM.

EX COD. MS. SANGERMANENSI

PRIMUM EDIDIT

ATQUE ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRAVIT

DAVID RUHNKENIUS.

EDITIO IN GERMANIA ALTERA.

CURAVIT ET OBSERVATIONUM APPENDICE

AUXIT

GEORG AENOTHEUS KOCH

PH. DR. SEMIN. PHILOLOGORUM LIPS. SOD. HONOR.

SCHOL. THOMANAE COLLEGA.

ACCEDIT COMPARATIO PRIORIS EDITIONIS RUHNKENII CUM ALTERA ACCURATE INSTITUTA ATQUE EIUSDEM RUHNKENII ADNOTATIO INTEGRA AD SCHOLIASTAM PLATONIS.

LIPSIAE
SUMPTIBUS GUILIELMI LAUFFERI.
1833.

470.

GEORG AENOTHEI KOCHII

PHIL. DR. SEMIN. PHILOLOGORUM LIPS. SOD. HON.

SCHOL. THOM. COLLEGAE

OBSERVATIONES

IN

TIMAEI SOPHISTAE

LEXICON VOCUM PLATONICARUM

ET

MOERIDIS ATTICISTAE LEXICON ATTICUM

A SE

NUPER EDITA.

ACCEDIT COMPARATIO PRIORIS EDITIONIS

TIMAEI A RUHNKENIO EMISSAE CUM ALTERA

ACCURATE INSTITUTA.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

LIPSIAE

SUMPTIBUS GUILIELMI LAUFFERI.

1833.

VIRO

AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO, DOCTISSIMO

FREDERICO SALOMONI LUCIO

EX AMICIS CERTIS CERTISSIMO

NOVAM HANC TIMAEI SOPHISTAE EDITIONEM

VOVET DICAT OFFERT

GEORG AENOTHEUS KOCH.

L. S.

Timaei Sophistae Lexicon egregiis Ruhnkenii commentariis illustratum et dignissimum tanta laude, quantam ei tribuit ipse laudatissimus Heindorfius*), cum ante hos quattuor annos typis repetendum curarem, plurimis iam tum vel ad emendandum glossographum vel ad supplendas augendasque praeclari editoris adnotationes congestis, satius habui omnia ista, quibus in editione non aptus inveniretur locus, peculiari libello comprehensa cum harum rerum studiosis olim communicare.

Operam in iterato Timaeo Ruhnkenii a me tunc positam, quantulacumque fuerit, quamquam hominibus eruditis haud displicuisse intellexi, promissis meis nunc vel maxime satisfacturus timidius tamen quam confidentius hasce pagellas aliorum iudicio submitto. Nam quatriennium fere praeterlapsum est, ex quo Timaei opusculum cura mea primum in Germania in lucem prodiit.

---

*) Specim. Coniecturarum in Platonem. Halis Saxon. 1798. 8. pag. 3. „Etenim vel singulorum vel communium vocabulorum explicatio quantas opes postulet exquisitioris doctrinae, dudum nos docuit singulare illud perfectae philologiae exemplar, Timaeus Ruhnkenianus."

Cuius illustrandi gratia quae accipis, inter ipsum edendi laborem enata chartulis maximam partem iam illo mandata erant tempore, quare nonnulla a viris doctis de singulis vocibus accuratissime nuper disputata, veluti a Siebelisio in Praefat. ad Pausan. T. I. pag. XLI sqq. de voce ἄγαλμα, item a Boissonado ad Ovid. Metam. a Planud. Graece vers. pag. 273 de v. στύραξ, hic omissa esse nemo demirabitur. Totum enim hoc adnotationum genus ut in minutiis versari solet, ita nisi minutissima quaedam nihil fere inde ab illo tempore, quo in Timaeo edendo occupatus eram, his Additamentis inserere placuit. Neque est, quod in ea re excusationem mei afflagitem. Equidem huius modi observata scio in immensum fere augeri posse, praesertim si quis vulgaria et protrita ex libris communibus, Lexicis, Indicibus et spissis Grammaticorum operibus corradere, remotiora anquirere et lectorem in deverticula abducere gestiat: sed ut nihil dicam de munere scholastico nuper mihi demandato atque inde mutatis studiorum meorum rationibus, quae in Timaeo acrius studium quo minus collocarem, prohibuerunt, permulta huc apprime spectantia a doctissimis Platonis interpretibus, quos aetas nostra vidit et adhuc videt, b. Heindorfium dico et eximium Stallbaumium, data opera illustrata et ad liquidum perducta sunt. Itaque in multis mihi licuit esse brevissimo, et quod providendum mihi fuit, ne libellus in libri molem accresceret, illorum studiis id factum esse mihi gratulor.

Aliud memorandum, quo nescio an gratiam a multis mihi conciliaverim. Timaei Ruhnkeniani editionem priorem aegre desideravi, cum alteram describi curarem. Hoc desiderium auctum etiam, postquam a Bergmanno ad Ruhnkenii Opuscula hic illic scriptum legeram, multa illa editione contineri, omissa quidem in altera, sed ab oblivione quae vindicentur, dignissima. Huius

editionis exemplaris diu quaesiti cum forte mentionem facerem, obtulit mihi pro insigni sua erga me humanitate S. V. Beckius, magister incomparabilis, quem quanta maxima cogitari potest pietate veneror et prosequor. Inde discrepantia, quae alicuius momenti sint, diligentissime notata reperis, omissis tantummodo, in quibus dictionem Latinam ab auctore correctam aut rerum tractatarum ordinem paullo immutatum vidi. Talia enim investigandi et recoquendi labor neque utilis est, neque, ut verum dicam, satis honestus.

Ad Timaeum venio, de cuius aetate quae tradi possint, non tam certis nituntur testimoniis, quam coniectura. Namque Porphyrium is quidem commemorat pag. 168. in v. *Οὐχ ἥκιστα*, sed locum ab aliena manu esse adsutum dudum probavit Ruhnkenius in Praefat. pag. IX. sq. Deinde nomen eius, cui inscripsit opusculum suum Timaeus, ut in MS legitur, *Γαιατιανὸς*, quoniam usu nunquam receptum fuisse constat, gravi vitio laborat, quamquam ex eo aliquid lucis affulgere mox videbimus. Reposuit Ruhnkenius *Γεντιανῷ*, et varii sane in antiquis monumentis memorantur Gentiani, nullus vero eorum illi aetati convenit, qua Timaeum Lexicon suum composuisse credibile est. Iam vero hoc quum unicum fere sit, quo ad aetatem, qua vixerit ille, duci possimus, Codex autem corruptum nobis exhibeat nomen, in tanta testimoniorum penuria ad coniecturam probabilem, quae vel tenuissima rerum vestigia sequitur, confugere haud erit absurdum. Talem debemus Toupio, qui Emendatt. in Suid. T. IV. pag. 411. ed. Oxon. leni mutatione *Γεντιλιανῷ* scribens viam nobis egregie monstrasse videtur, qua dubiam scriptoris aetatem eruere nobis liceat. Scilicet intelligendus est, cui librum suum dedicavit Timaeus, Gentilianus Amelius, Plotini discipulus, de quo Porphyrius in Vita Plotini cap. 7. haec ha-

bet: *Ἔσχε δὲ Πλωτῖνος ἀκροατὰς μὲν πλείους, ζηλωτὰς δὲ καὶ διὰ φιλοσοφίαν συνόντας, Ἀμέλιον τε ἀπο τῆς Τουσκίας, οὗ τὰ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον.* Cfr. Longin. Fragm. V. 2. pag. 178. ed. Weisk. Suidas in v. *Ἀμέλιος* T. I. pag. 137. ed. Kust. Hinc longius rem persequamur. Floruit Plotinus circa a. post Chr. natum 220. Porphyrius 280. Utriusque autem aequalem fuisse Gentilianum, ipsi veteres, quos in medium protulimus, affirmant. Huic igitur Gentiliano si Glossarium suum inscripsit Timaeus, quod mihi certe persuasum est, ipse Timaeus eodem fere tempore, id est saeculo tertio medio post Chr. quin floruerit, dubitari nequit. Atque eandem rationem temporis secutus est, nullo tamen argumento usus, Ruhnkenius in Praefat. pag. X. cui accesserunt recentissimi historiae Graecorum literariae scriptores.

Genuinam huius Lexici formam quod attinet, certi aliquid definiri nequit. Permulta enim in Timaei catalogo, qualem hodie habemus, leguntur vocabula, quorum ne tenuissimum quidem vestigium in Platonis scriptis apparet. Bina tantummodo ex libris MSS. post Ruhnkenii tempora diligentissime collatis eruere mihi contigit, *ἕδος* et *ῥύμβειν*, tertium, *ἐχέγγυος*, a magno Porsono magna veritatis specie Platoni redditum. Sed bona pars vocabulorum restat, quorum sedem in Platone investigare qui velit, operam et oleum perdere is censendus est. Sunt autem haec: *ἀγαθοεργοὶ, ἁγίας, ἅγος, ἀγχώμαλος, ἀλίπεδον, ἄμυνα, Ἀμφικτύονες, ἀνάρσια, ἀνιμᾶν, ἀνεργήσει, ἀπέσβη, ἀραρὸς, ἀργιλλώδης γῆ, ἀστόξενος, βάδην, βλιμάζειν, γεῖσα, γεωπεῖναι, Δεῖγμι, δείλης πρωΐας, δεκάζειν, δημοποίητος, * διαγείρειν, διασφὰξ, δίκηλα, ἐδήωσαν τὴν γῆν, εἴλη, ἕλη, εἰλυφόωσιν, ἐπαγγελίαι, ἐναγίζειν, ἔγκοτος, ἐντελεῖς, ἐνωμοτία, ἐξετασμὸς, ἐξοστρακισμὸς, ἐπετίμα, ἐπιβολὴ, ἐπῳδαὶ, ἐρυμνὸς, ἐπισφακελίζειν, Ἐφέται, ζειραὶ, ζυγομαχεῖν, ἠπίαλος, ἤσχαλλον, θέρ-*

μη, θεσμοθέται, θολῶσαι, * *θύημα, ἰδίειν, ἱερᾶν, ἱερομηνία, ἱερομνήμονες, ἱππαγρέται, ἰσοτελής, καραδοκεῖν, κνάφος, κοάλεμος, κόλλαβος, κράδη, κυαμεῦσαι, κυλοιδιᾶν, κωλαγρέται, λαμπτὴρ, λάχος, λεῖα, λύγη, Μουνυχία καὶ Ζεία, μυδᾶν* sive *μαδᾶν, ξεναγὸς, οἴναρα, ὀργᾶν, ὀργὰς, ὀργιασταὶ, ὄχθη, παρακαταβολὴ, πάρνοψ, παρὸν, πατρούχον παρθένον, πειρῶντα, περιεῖπον, ποικιλτικὴ, ποτνιᾶσθαι, πρανὲς, πρέμνον, πρόβασις, πρυτανεία, Πύθιοι, ῥήτραι, ῥικνὸν, σκιρῖται, σταθερὸς, στέμφυλα, σφαδάζειν, σφεδανὸν, τελεσθέντα, Τέμπη, τερθρεία, τένθης, χειροσκόπος, ψαιστά.*

Ex his plurima ad Herodotum, Thucydidem, Xenophontem et oratores Atticos, pauca ad Homerum, paucissima ad poëtas tragicos referenda sunt. Superant aliquot eademque vulgatiora vocabula, quibus, quoniam in optimo quoque scriptore reperiuntur, certam sedem assignare vix potoris.

Aliquando suspicio nobis suborta est, Timaeum sibi enotasse meras quasdam voces Platonicas, explicatione ab ipso omissa, quae eo tempore, cum totam hanc farraginem cum alienis glossis mixtam a Grammatico quodam collectam esse statuimus, nulla ratione habita scriptoris atque singulorum eiusdem locorum, e quibus illae essent desumtae, adiecta esse videtur. Sic, ut, quae posui, exemplis comprobem, vocabulum *δεῖγμα* legitur Phaedon. pag. 110. B. *ὥσπερ δείγματα, οἷς δὴ οἱ γραφεῖς καταχρῶνται.* At in glossario nostro pag. 63. de loco in Piraeo explicatur. Porro *ἕλη* h. e. *paludes* habemus Critia pag. 114. E. At in glossario pag. 81. *ἡ ἕλη* de solis calore intelligendum. Ac nescio, an maxime huc spectet, quod reperitur Sympos. pag. 195. E. *κρανίον, calvare.* Glossographi interpretamentum pag. 140. alienissimum esse ab illo loco quivis videt. Tamen vocem *κρανίον* minime indignam fuisse, quae explica-

retur apud Platonem, documento esse potest putida Fischeri interpretatio. Haec vero sufficiant; plura in tanta obscuritate et dubitatione colligere nihil attinet.

Sed quum iam in eo sim, ut praefandi finem faciam, in memoriam revocatur locus quidam Platonicus, in quo explicando adhuc omnes interpretes frustra laborarunt. Is legitur Sympos. pag. 178. B. HSt. ubi Phaedrus, postquam Cupidinis parentes nullos esse more suo probavit, hunc in modum pergit: *Παρμενίδης δὲ τὴν γένεσιν λέγει,*

Πρώτιστον μὲν ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

Hic quid dixerint viri docti, quid non dixerint, nolo ambitiosius commemorare. Totius loci sententiam et nexum tanta perspicuitate atque sagacitate nobis aperuit Stallbaumius, ut in quo haerere possis, non invenias. Unum tantummodo residet, quod omnes graviter offendere debet, verbum *μητίσατο* nude sic positum. Animi caussa apponam, quam callide difficultatem subterfugere studuerit Rixnerus in *Handbuch der Gesch. der Phil.* T. I. pag. 108. §. 74. et Append. pag. 56. cum verteret: „*Frühester nemlich wand Eros sich los, er vor allen den Göttern.*“ Subiecti defectum autem si quis fortassis ita excusari posse arbitretur, ut aut Platonem de industria legentem in suspenso relinquere voluisse, aut versiculum illum decantatum et in omnium ore fuisse contendat, profecto verendum est, ne corruptissima aliquando nanciscantur defensorem. Lenissima mutatione, quam paene nullam dixerim, scribendum esse vidit Godofredus Hermannus: *Παρμενίδης δὲ τὴν Γένεσιν λέγει, Πρώτιστον κ. τ. λ.* Facillime sic lucrati sumus, quo omnis caligo dispellitur, subiectum *Γένεσις* ad *μητίσατο* relatum. Praeterquam autem, quod rationi grammaticae hoc modo optime consulitur, quum alioquin exspectemus *Παρμενίδης δὲ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ λέγει*, ipsi philoso-

phiae Parmenideae mirum quantum convenit emendatio illa. Namque deorum matrem posuisse Parmenidem constat *Ἀνάγκην*: haec vero et ipsa simpliciter dicebatur *Γένεσις*, id quod multis probare possumus.

Hoc praeclare inventum ut publici iuris facerem, impertravi ab insigni Viri Illustris humanitate.

Indices subsequentes adeci, postquam libellus typis iam descriptus erat, quoniam quorumdam interesse putavi. Denique legas velim pag. 27. init. *furiosus*, pag. pag. 43. v. 12. *γνωματεύειν*, pag. 57. v. 9. a fin. *τράπεζαι*.

Scribebam Lipsiae Calendis Octobribus
a. cIↃIↃccccxxxii.

INDEX SCRIPTORUM.

Aelianus Var. Hist. def. 30.
Appianus expl. 37.
Aretaeus Cappadox expl. 16.
Aristophanes Acharn. def. 25. Lysistr. exam. 52. Plut. em. 23.
Damascius viud. 33.
Grammaticus ab Osanno editus em. 10.
Hesychius em. 41. 47. 52.
Hierocles in Pythag. em. 5.
Iulianus Epist. expl. 43.
Lexicon Stgerman. em. 3.
Libanius expl. 48. em. 55.
Morris Atticista expl. 55. em. 52. 53.
Oppianus expl. 29.
Philostratus em. 40. sq. 54.
Photius def. 21. em. 29. 52.
Phrynichus em. 3. sq.
Plato Alcib. I. em. 20. Alcib. II. def. 27 sq. Axioch. exam. 34. Charm. em. 7. 41. Cratyl. exam. 32. Critia def. 34 sq. Epist. tent. 61. Eryx. exam. 18. de Legg. expl. 19. em. 23. Parmen. def. 12. Phaedon. tent. 38. Phaedr. tent. 38. Protag. ill. 58. de Rep. expl. 10. exam. 34. tent. 29. def. 31. 32 sq. Sympos. expl. 26. Theaetet. 21.
Plutarchus ill. 54. em. 42.
Polyaenus em. et expl. 38 sq.
Scholiastes Platonis tent. 58.
Suidas tent. 13. 45. em. 47. 49. 55.
Synesius expl. 46.
Zonaras expl. et. ill. 7. 33 sq. 58. def. 6. not. 9. exam. 14. em. 24. 32.

INDEX VERBORUM.

Abderitae 37.
ἄγαλμα 1. 36.
ἀγχώμαλος 37.
ἀδιάφθορος 48.
αἰκίας et ὕβρεως δίκη 2.
Αἰξωνεύς 2.
ἀκινάκης 2 sq.
ἀκροχειρίζεσθαι 37.
ἀκταίνειν 3 sq. 37 sq.
Aleuadae 38 sq.
ἁλιτενής 42.
ἄλλως i. q. μάτην 28. 53.
ἀμόθεν γε ποθέν 4.
ἄμυνα 59.
ἀμφιθαλής 39.
ἀμφιλαφής 39.
ἀνάπλεως 5.
ἀνάρσιος 39.
ἀνατείνειν τὴν ψυχήν 5.
ἀνεμιαῖον ὠόν 59.
ἀνιδρωτὶ, ἀνιδιτί 23.
ἀνιμᾶν, ἀνιμεῖν 6.
ἀπέσβη 6.
ἀπηλάθη 58.
ἀποδιοπομπεῖσθαι 40.
ἀποκναίειν 40.
ἀποκτεινύναι 58.
ἀπόῤῥησις 41.
ἀπόστολος 40 sq.
ἀποσφακελίζειν 47 sq.
ἀποτεθρυμμένοι 6 sq.
ἀραρὸς, ἀραρότως 7. 41.
ἄρτι Futuro additum 7 sqq.
ἀρχαῖος de homine simplici 21.
ἀτενής 9. 42.
ἀτιμώρητος 9 sq.
αὐλία, αὐλεία θύρα 59.
αὐτίκα, exempli gratia 10.
ἄφθορος 48.
ἄχρι et ἄχρις 58.
Βένδις 10.
βλάξ 10.
βρενθύειν num in usu fuerit? 11.
βρενθύεσθαι ibid.
βρύκειν 59.
βῶλος 56.
γεωμόροι 11. 42 sq.
γνάφος et κνάφος 24.
γνωματεύειν 43.
γοητεία 43.
γονικὸς vox proba 30.
Gygis annulus et divitiae proverbio celebrantur 55.
[illegible]πουθεν 11.

διαγράφειν 13 sqq.
διαμπερές 13.
διατείρειν quid? 14.
διευκρινεῖν 43.
δικαιοῦν 43 sqq.
δίνησις 32.
Διόσκοροι, Διόσκουροι 60 sq.
διωλύγιος 15. 44.
δρόμοι 44.
δυσωπεῖσθαι 15.
δωροδόκος num de largitore dicatur 15 sq.
ἐγχρίμπτειν 17.
ἕδος 16. sq. 44.
εἰκάζειν 17.
εἴλησις 32.
εἰσαγγελία et ἐπαγγελία 45.
ἐναπομόργνυσθαι 46.
ἔναυλος λόγος 17. 45.
ἔνθα pro ἔνθεν positum a Lexicographis veteribus 11.
ἐξετασμός 46.
ἐξηγηταί 17. 46.
ἐπαίρειν 47
ἐπιμέλου 59 sq.
ἐρυμνὰ, τὰ, opposita πεδίοις 47.
εὐκταῖος 59.
ἐφέται 19.
ἔφοροι 19 sq.
ἐχέγγυος 20 sq.
ζυγομαχεῖν 21.
ἠλιθιώδης 60.
ἠπίαλος 21.
ἤπουθεν 11 sq.
ἤτριον 48.
θαύματα 49.
θεηπολεῖν 22.
θέρμη 22. 49.
Θόλος 22 sq.
θριγγὸς, θριγκός 32.
θῦμα, θύημα, θύλημα 23.
θυραυλεῖν 23. 49.
ἰδίειν 23.
ἱερᾶσθαι 49 sq.
ἱερομνήμονες 23.
ἵμᾶν, ἱμεῖν 6.
ἰκθάλλεσθαι 23.
κακηγορία et κατηγορία 2. 37.
Καλλικύριοι 30.
καραδοκεῖν 23 sq.
καρωθῆναι ὑπὸ τοῦ οἴνου 33.
κάταγμα 24.
κατακοιμίζειν 59.
κνάφος et γνάφος 24.
κόλλαβες et κόλλοπες 50.
κονωεῖν 50.
κραιπαλᾶν 50.
κύρβεις 25.
λίσπη 26.
μανὸς num sit furiosus 27.
μαργός 27 sq.
μέθυσος 60.
μέλεος unde? 27.
μέρμερος 27 sq. 51.
μηναγύρτης, μητραγύρτης 1 sq.
Μίνω Accusat. 58.
μορμολύττειν 51.
νέω Accusat. 61.
οἶσθα 60.
ὄκνεῖν 28.
ὄμμα ψυχῆς, διάνοιας 5.
ὀττεύομαι et ὀπεύομαι 52.
οὐκ ἔτως 28 sq.
παιδιὰ et σπουδή 1.
παλίναιρετος 29.
παραζώνιον et περιζώνιον 2.
πάρνοψ 30.
παρουσία 60.
πεδία opposita τοῖς ἐρυμνοῖς 47.
πειρᾶν γυναῖκα 30.
πέλαγος λόγων et simil. 12.
πλατὺς γέλως 61.
ποικιλία, ποίκιλμα, ποικιλτική 30sq.
πρέμνον 31.
πρόσχημα 31.
προτέλεια 53.
ῥέμβειν, ῥομβεῖν, ῥυμβεῖν 31 sq.
ῥῆτραι 31.
ῥύμβος, ῥύμβων 32.
στήλη et κύρβις 25.
στρατεία et στρατία 32 sq.
στριφνὸς, στρυφνὸς, στριφὸς 54.
στυφλὸς 54.
συνηλικιώτης, συνομῆλιξ 61.
συνυφαίνειν 60.
σφενδόνη 33.
ταλαντοῦσθαι 33.
τάχιον 61.
τεθύμμενος, τεθύμενος, τετύμμενος 33.
τελεσθῆναι 33 sq.
τερθρεία 34. 56.
τευτάζειν, τευτάζεσθαι 34.
τωθάζειν 34.
ὕμνεῖν 56. vim neutrius habet 34.
ὑπηνέμιον ᾠόν 59.
ὑπόνοια, ἐν ὑπονοίᾳ 29. 53.
φελλία 35.
ψαιστά 57.
ψηφηδακεῖν 25.
ψηφηφορεῖν et ψηφοφορεῖν 24 sq.
χαρίζεσθαι 35. 57.
χρηστὸς de homine simplici 21.
ὥρα ἔτους 61.

Pag. 4. a. *Παιδιὰ* et *σπουδὴ* Graecis scriptoribus multum placuit. Vid. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 525. de vocc. *παιδιὰ* et *παιδεία* discrimine atque crebra confusione Interpp. ad Aristaenet. pag. 582. sq. ed. Boisson.

Pag. 6 b. Usus vocis *ἄγαλμα* latius patet. De *statua*, *simulacro deorum* saepissime est usurpata. Vid. Boeckh. Corp. Inscriptt. Graec. T. I. pag. 7. b. Astius ad Plat. de Legg. p. 532. Primariae significationis, qua *ornamentum* quodvis, *decus*, *oblectamentum*, *deliciae* notantur, exempla collegerunt V. D. in Miscell. Observv. Vol. III. pag. 266. Valckenar. in Ammon. pag. 169. Iacobsius Animadvv. in Eurip. Tragoed. pag. 134. Heinrich. ad Musaeum pag. 41 sq. Schoemann. ad Isaeum pag. 312. Cfr. Eurip. El. v. 871. *κόμης ἀγάλματα*, et 873. Troad. v. 451. 1220. Herc. Fur. v. 699. 424. *δρόμων τ' ἄλλων ἀγάλματ' εὐτυχὴς διῆλθε.* Lindavius ad Plat. Tim. pag. 52. Ruhnkenium locum neglexisse dicit, qui invenitur in illo dialogo pag. 44. ed. Lind. *Ὡς δὲ κινηθὲν αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατὴρ κ. τ. λ.*

Pag. 10. De formis *μηναγύρτης* et *μητραγύρτης* disputavit Boettigerus: *Ideen zur Kunstmythologie* pag. 138. ubi improbata a Ruhnkenio facta explicatione, *quod singulis mensibus stipem cogerent*, sic pergit V. D. „*Allein sie banden sich wohl nicht an einen Tag im Monat. Sie bettelten für ihre Gottheit Μὴν und darum hiessen sie μηναγύρται. Diese Bettelnden bedienten sich nun völlig, wie die Cybelepriester, die auch selbst Κύβηβοι hiessen, aller Gaukeleien der erkünstelten Götterwuth, in welcher sich beide Orden, sowohl die Galler als die Bellonarii, mit den fürchterlichsten Verdrehungen peitsch-*

ten und verwundeten." Meinekius ad Menandri Reliqq. pag. 111. cum Creuzero (vid. Ind. in Tim. pag. 256. a.) explicat τὸν τῇ Μήνῃ h. e. Κυβέλῃ ἀγείροντα. Contra Lobeckius Aglaopham. T. I. pag. 645. not. i. vulgarem tuetur originationem, κατὰ μῆνα λαβὼν τέλη, comparans ex analogia ἡμεροδανειστής. Cf. idem pag. 643.

Pag. 13. Αἰκίας, ὕβρεως δίκη. Tollit igitur Timaeus discrimen, quod αἰκίας inter et ὕβρεως δίκην intercedit, de quo adfatim exposuere Boeckhius in libro praestantissimo *Staatshaushalt der Athen.* T. I. pag. 383. 400 sqq. Heffter *Athen. Gerichtsverfassung* pag. 175. 244 sqq. Schoemannus de Comit. Athen. pag. 174. Contra Meierus in libro: *der Attische Process* p. 548. Timaei negligentiam excusans ipse negligentius inspexisse videtur auctorem Συναγ. λεξ. χρησ. ap. Bekk. An. Gr. T. I. pag. 355. sive ap. Bachmann. Vol. I. pag. 43 sq. qui probe inter utrumque distinxit.

Αἰξωνεύεσθαι, ἀπὸ δήμου τινὸς ἡ κατηγορία τοῦ Αἰξωνέως etc. In priore edit. Ruhnkenius hanc MS. lectionem mutaverat in κακηγορία. Sed bene in altera cum Toupio Emendd. in Suid. T. IV. pag. 411. ed. Oxon. vulgatam tuetur. Hoc enim glossographus vult, a pago Αἰξωνὴ nomen descendere Αἰξωνεύς.

Pag. 16. Ἀκινάκης, περιζώνιον στενὸν κ. τ. λ. In priore Ruhnkenii editione legebatur παραζώνιον, quod Fischerus inde recepit. Sed περιζώνιον in Codice exaratum esse vidit Villoisonus ad Longi Pastor. pag. 179. Idque rectius, quoniam gladiolus sive pugio ille Persicus femori erat adaptatus. Sic certe Pollux lib. I. sect. 138. Περσικὸν ξιφίδιόν τι τῷ μηρῷ προσηρτημένον. Cf. Lexicon ap. Tittmann. ad Zonar. T. I. c. LXXXVI. ἀκινάκης, ἀκινάκου. Ἔστι δὲ ἐγχειρίδιον βαρβαρικὸν, ὃ φασὶν οἱ Ἕλληνες παραμαχαιρίδιον. Ceterum vid. Lipsius Analect. ad Milit. Rom. pag. XXI. ed. Ant-

verp. 1598. Burtoni *Λείψανα* veteris linguae Persicae pag. 3. 4. ed. van Seelen. Scholiastes Platonis ad libr. de Rep. VIII. pag. 415. ed. Bekk. *ἀκινάκης δὲ Περσικόν τι ξίφος ἢ δόρυ μικρὸν Περσικόν.* Eadem fere legas apud Suidam s. v. et auctorem *Ξυναγ. λεξ. χρησ.* in Bekk. An. Gr. T. I. ap. Bachmann. Vol. I. pag. 54. in quibus *μικρὸν* ad *ξίφος* simul pertinet. Sed verba *ἢ δόρυ μικρὸν* quo iure addita sint non assequor neque in veterum scriptis de hac notione quidquam proditum est. Denique Scythae voce *ἀκινάκης* aliud instrumentum notarunt, quo de consulas Iacobum ad Luciani Tox. c. 38. pag. 120. Bachmann. An. Gr. Vol. II. pag. 339.

Pag. 17. a. Corrupta Lexici Sangerm. verba *τὸν λέγοντά τι θέλοντα, προσποιούμενον δὲ μὴ ἐθέλειν* citat Boettigerus in Terentii novae edit. Specim. pag. 32. hoc modo: *σημαίνει τόν τι θέλοντα καὶ προσποιούμενον μὴ ἐθέλειν.* Quae viro optimo aliud agenti exciderunt. Aliam rationem iniit Boissonadus ad Philostr. Her. pag. 361. qui non statim *λέγοντα* cum Ruhnkenio inducendum esse statuit, sed scribi vult *λέγειν τι θέλοντα.* Plato Phaedro pag. 228. C. *δεομένου δὲ λέγειν τοῦ τῶν λόγων ἐραστοῦ ἐθρύπτετο ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν.*

Pag. 18. a. Phrynichum laudat editor de verbo *ἀκταίνειν* disputantem. Ibi quae sub finem leguntur *Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι ὡς ἀπὸ περισπωμένου,* in gravi mendo cubant. Namque vox ista neque in Platonis Phaedone legitur neque in eiusdem philosophi Phaedro, quocum ille dialogus a librariis crebro est commutatus. Iure quidem Ruhnkenius eam reddidit Platoni lib. II. de Legg. id quod plurimi atque optimi Codd. nunc confirmant; sed quod addit, Phrynichum memoria lapsum *Phaedonem* pro libris de Legibus laudasse videri, vereor, ut cuiquam probetur. Equidem de alia medicina cogitavi; scriptum enim fuit haud dubie *Πλάτων ἐν τῷ Φάωνι.* Notis-

sima haec Platonis comici fabula. Illud certissimum est, ἀκταίνειν verbum esse maxime poëticum et ubi nostrum Platonis locum exceperis et Libanium, cui Wyttenbachius in Epist. Crit. pag. 59 sive pag. 274. ed. Schaef. probabili coniectura redonavit, vix tertium e prosae orationis scriptoribus petitum mihi monstrabis exemplum. Theocrito vindicare studuit Eichstadius Quaest. Philolog. Spec. I. pag. 53 sq.

Serius, quam haec scripseram, incidi in Meinekii Curas Critt. ubi pag. 40. not. citato eodem Phrynichi loco addit V. D. „In Philosophi Phaedone quum frustra verbum ἀκταινῶσαι quaeratur, vix dubitari potest, quin ἐν τῷ Φάωνι reponendum sit, quae fabula etiam aliis in locis cum Phaedone a librariis commutata est. V. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. pag. 265. coll. Porsono ad Eurip. Med. pag. 409. b.“ (pag. 35. ed. Lips. tert.).

Pag. 22. b. ἀμόθεν γε ποθέν. Plato Phaedone pag. 77. B. τί γὰρ κωλύει γίγνεσθαι μὲν αὐτὴν (ψυχὴν) καὶ ξυνίστασθαι ἄλλοθέν ποθεν καὶ εἶναι, πρὶν καὶ εἰς ἀνθρώπειον σῶμα ἀφικέσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἀφίκηται καὶ ἀπαλλάττηται τούτου, τότε καὶ αὐτὴν τελευτᾶν καὶ διαφθείρεσθαι; Bekkerus in editione sua II. 3. pag. 44, 14 ἁμόθεν ποθὲν dedit et in Comment. Critt. T. I. pag. 376. „libri ἄλλοθεν.“ Stallbaumius ad h. l. in Plat. Diall. Select. Vol. I. Sect. 2. pag. 90. vulgarem scripturam retinens „Bekkerus, inquit, ἀμόθεν (imo ἁμόθεν) ποθὲν, sine librorum consensu, ut saepe alibi.“ Mihi vero praeter eum, quem modo indicavi, unus tantum innotuit locus, ubi pro ἄλλοθεν refragantibus Codicibus ab eodem Bekkero (cf. Comment. Critt. T. I. pag. 191) repositum ἁμόθεν. Legitur Gorgia pag. 492. D. et prius ita correctus fuit a Porsono, ut Index meus in Tim. pag. 248. b. docet.

Pag. 25. *Ἀμηγέπη, ἑνί γε τρόπῳ ἢ ὁπωσοῦν.* Scribendum, ni fallor, *ἑνί γε τῷ τρόπῳ.*

Pag. 26. *Ἀνάρσια.* In annotatione Ruhnkenius existimat glossam spectare ad Herodotum. Sententiam retractavit ad v. *Εἴλησις* pag. 82. extr. Ibi enim monet in loco Platonis de Legg. lib. V. pag. 747. D. *οἱ μέν γέ που διὰ πνεύματα παντοῖα καὶ διειλήσεις ἀλλόκοτοί τε εἰσὶ καὶ ἀναίσιοι αὐτῶν, οἱ δὲ δὶ ὕδατα.* pro *ἀναίσιοι* legendum sibi videri *ἀνάρσιοι* et huc fortasse pertinere glossam *Ἀνάρσια.* Rectius referri possit ad lib. VI. de Rep. pag. 496. D. *εἴ πη αὐτὸς καθαρὸς ἀδικίας τε καὶ ἀνοσίων ἔργων,* mutata vulgata lectione *ἀνοσίων* in *ἀναρσίων.* Sed uterque Platonis locus nullo modo sollicitandus.

Pag. 27. *Ἀνάπλεως.* Plat. Phileb. pag. 42. A. *αἱ δόξαι ψευδεῖς τε καὶ ἀληθεῖς αὐταὶ γιγνόμεναι τὰς λύπας τε ἅμα καὶ ἡδονὰς τοῦ παρ' αὐταῖς παθήματος ἀνεπίμπλασαν.* ubi cf. eximius Stallbaumius pag. 125. Plura dederunt Bastius Epist. crit. pag. 138. ed. Wiedeb. Walchius ad Taciti Agric. pag. 424. et humanissimus I. C. Fluegel Observatt. critt. in Plutarch. Heidelb. 1830. pag. 68.

Ibid. *Ἀνατείνας τὴν ψυχὴν, ἐπὶ τὸ ἄνω τρέψας κ. τ. λ.* In memoriam mihi recurrit *ψυχὴ πρὸς τὸ ἄριστον ἀνατεταμένη* Hieroclis in Pythag. pag. 108. ed. Needham. ubi minus recte vulgo *ἀνατεταγμένη.* Similiter ibid. pag. 142. *ἡ πρὸς Νοῦν θεὸν ἐπειγομένη ψυχή. Ψυχῆς ὄμμα* habet etiam Philo pag. 364. 388. ed. Mang., *διανοίας ὄμμα* idem pag. 338. Alia dedit Boissonad. ad Marin. V. P. pag. 93.

Pag. 29. a. Cum locis Platonicis, quos e libris de Rep. et de Legibus protulit editor, compares nunc Demosth. de Foed. Alex. pag. 193, 15. Bekk. *μηδὲ χρημάτων δημεύσεις, μηδὲ γῆς ἀναδασμοὶ, μηδὲ χρεῶν*

ἀποκοπαὶ, μηδὲ δούλων ἀπελευθερώσεις. Cf. Pierson. ad Moer. pag. 87. sive 80. ed. nostrae et pag. 316.

Pag. 30. Ἀνιμᾶν. Auctor. Συναγ. λεξ. χρησ. in Bachmanni An. Gr. Vol. I. pag. 99. ἀνιμᾶσθαι, ἀντλεῖν, ἀρύεσθαι. Zonaras T. I. c. 222. explicat ἀντλᾶν, ἀνασπᾶν. Similiter ille, quem primo loco nominavi, Grammaticus ap. Bachm. pag. 262. ἱμᾶν καὶ ἱμεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀντλεῖν. et Zonar. T. II. c. 1109. ἱμᾶν, ἀντλεῖν, ἀνέλκειν, ἀνασπᾶν· καὶ ἱμεῖν. Extremum ἱμεῖν suspectum fuit Tittmanno. Mihi vero ut utramque formam Grammaticis in veterum scriptis quondam lectam fuisse credibile est, sic etiam ἀνιμᾶν extitisse credo et ἀνιμεῖν. Huius autem verbi ἀνιμᾶν ne unicum quidem dederunt exemplum Viri docti, velut Piersonus ad Moerin pag. 71. sive 66. ed. nostrae et Ruhnkenius. Neque usum eius frequentem facile dixeris. Interim notaveram mihi in Adversariis ex Hieroclis Fragm. pag. 318. ed. Needh. ὕδωρ ἀνιμῆσαι, *aquam e puteo haurire*. Alia dedit Hamaker. Lectt. Philostratt. pag. 56. Falso negarunt nonnulli, de rebus siccis veteres usurpasse. Vid. Creuzer. ad Plotin. de Pulcro pag. 255. Addo Plutarch. Amatt. Narrat. pag. 773. D. ed. Francof. καὶ τῶν θυγατέρων δὲ νεκρὰ οὕτως ἀνιμήσατο. In ipso Platone ne tenuissimum quidem huius verbi vestigium apparet: solum substantivum ἱμὰς de pugilum caestu legimus de Legg. lib. VIII. pag. 830. B.

Pag. 31. Ἀνεργήσει. In Plat. Tim. pag. 22. E. Phaedro pag. 239. B. ἀπείργειν obvium.

Pag. 34. Ἀπέσβη, Vid. Elmslei. in Eurip. Med. v. 1187. pag. 284. ed. Lips. Plat. Symp. pag. 218. B. ἐπειδὴ γὰρ οὖν, ὦ ἄνδρες, ὅ τε λυχνος ἀπεσβήκει.

Pag. 39. Ἀποτεθρυωμένοι. Spohnius Lectt. Theocritt. Spec. III. pag. 6. ἀποτεθρυμμένοι reponendum censet, de fractis et attritis, λελωβημένοις et θρυπτομέ-

νοις, explicans. „Etenim, pergit, in compositi ratione non esse cum Hemsterhusio haerendum, docent ἀποθλίω et quaedam significationes verborum ἀποθραύω, ἀποθλίβω, in quibus, uti in aliis, ἀπο perfectionem et consummandi notionem exprimit."

Pag. 41. Ἀραρός. Ad Platonis locum a Ruhnkenio allatum spectat glossa Zonarae T. I. c. 310. Ἀραρότως· ἁρμοζόντως ἢ παγίως καὶ ἑδραίως. quod latuit Tittmannum. Auctor Συναγ. λέξ. χρησ. in Bachmanni An. Gr. Vol. I. pag. 140, 7. Ἀραρὼς, πάγιος ἢ βέβαιος.

Pag. 43. b. Phrynichus a Ruhnkenio in medium prolatus bis negat, ἄρτι cum Futuro constructum se reperisse, qua in re praeter alios veteres Grammaticos nunc consentientem etiam habet auctorem Συναγ. λέξ. χρησ. in Bekk. An. Gr. T. I. s. v. ἄρτι sive apud Bachmannum Vol. I. pag. 146. ἄρτι, ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένως καὶ πεπληρωμένως. λέγεται δὲ ἄρτι καὶ τὸ μέρος τοῦ παρεληλυθότος, συνάπτον τὸ νῦν, ἐναντίως ἔχον τῷ αὐτίκα. τοῦτο γὰρ κατὰ τὸ μέλλον συνάπτει. Iam vero infringi dicit Ruhnkenius illud Phrynichi praeceptum Platonis Charmide pag. 173. D. ἔτι βέλτιον σκεψόμεθα, εἰ ἄρτι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει τοσοῦτον ὄν. Sed vitiosa loci scriptura deceptus est vir egregius: namque in quibusdam Codd. quum exaratum sit ἄρα τι vel ἄρτι pro vulgato ἄρτι, prior librorum lectio quin genuina sit dubitari nequit. Atque sic in priore editione correxerat Ruhnkenius et nuper Heindorfius illud ἄρτι tanquam legitimae omnium scriptorum consuetudini repugnans expulit. Qui seriore aetate scripserunt, ἄρτι cum tempore futuro eos iunxisse, vel sola Lobeckii diligentia ad Phrynich. pag. 19. probare possit. Cfr. C. E. C. Schneider Ind. in Aesop. pag. 66. 67. Eiusdem vero constructionis exempla si quis apud veteres et probos scriptores legi contendat, errare is censendus est. Sed quoniam par-

ticulae ἄρτι mentio facta est, occasione invitante a me impetrare non possum, quin integram huc transcribam doctissimi Graefii disquisitionem ad Meleagr. pag. 70. 71. „Quodsi Grammatici contendunt (cf. Viger. pag. 386 sq.), particulam ἄρτι significatione *eben* cum praeteritis iungi, altera vero (qua *iam* denotat), cum praesentibus, vereor, ut recte distinguant. Particula ἄρτι, cum ponitur, indicat, rem, quae narratur, incidere in illud ipsum tempus, de quo sermo est, et respondet ubique nostro *eben*. Inest igitur semper comparatio alterius rei, aut simul praesentis, aut certe tam proxime praeteritae, vel futurae, ut in communi sermone praesens et ὁμόχρονος haberi possit. Contra particula νῦν oppositionem aut praeteriti aut futuri temporis continet. ἤδη denique (sensu proprio *schon*) involvit obscuram indicationem futuri temporis, quod aliquid futurum credebatur, quod nunc praeter opinionem prius accidit. Ubi geminatur ἄρτι μὲν-ἄρτι δὲ, inest comparatio duarum rerum, tam parvo sermonis intervallo disiunctarum, ut eiusdem temporis esse videantur. Ex his patet, particulam ἄρτι, ut nostrum *eben*, pari modo omnibus verbi temporibus aptari posse, id quod de praesenti et praeterito docebunt haec loca: Heliodor. Aethiop. init. ἡμέρας ἄρτι διαγελώσης καὶ ἡλίου τὰς ἀκρορείας καταυγάζοντος ἄνδρες ἐν ὅπλοις — τὴν ὑποκειμένην θάλατταν ὀφθαλμοῖς ἐπῄρχοντο. Anal. Brunck. II. 262. ἄρτι γενειάζων παιδὸς ἐρᾷ Ἀάδων. Meleag. Epigr. 60, 5. 81, 2. Antip. Sidon. 63. An. Br. II. 23. I. 502. III. 305. 308. Heliod. Aethiop. IV. 19. fin. ἀπ' αὐτῶν μικροῦ τῶν παστάδων ἄρτι τῶν γάμων ἅπασιν ὑμῖν προσκεκηρυγμένων."

„Iam Futurum quod attinet, quocum per soloecismum coniungi dicitur, id factum propterea, quod Graeci vulgo, ubi rem proxime futuram indicare volunt, non simplici futuro utuntur, sed addito verbo μέλλειν. Ita Heliodor. Aethiop. V. 1. ναῦν ἄρτι τὰ πρυμνήσια λύειν

μέλλουσαν. Ibid. cap. 5. fin. ἄρτι τῇ λίμνῃ πλησιάσαντες καὶ σκάφους ἐπιβήσεσθαι μέλλοντες — ὁρῶσιν. Neque tamen hoc omnes curarunt, ut Nonni exemplum probat Paraphras. Ioann. XII. 31. Νῦν ζαθέου κόσμοιο πέλει κρίσις. ἄρτι καὶ αὐτὸς Ἄρχος ἀλιτρονοῖο διώξεται ἔκτοθι κόσμου. ubi male Heinsius in Aristarcho sacro scripsit διώκεται; futurum tuetur apostoli ἐκβληθήσεται et edit. Sylb. Idem XIII. 19. Γλώσσῃ προφθαμένῃ τόπερ ἔασεται ἄρτι βοήσω. XVI. 22. — ἄρτι καὶ ὑμεῖς Πρῶτα μὲν ἀγρυπνοῖσιν ἀμύξετε θυμὸν ἀνίαις. Imo idem Nonnus eodem Paraphr. cap. v. 24. non dubitavit ἄρτι cum Imperativo coniungere: ἀλλὰ τελέσσαι· Ἄρτι πάλιν λίσσεσθε καὶ — δέξεσθε."

Pag. 45. Ἀτὰρ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δή. Ruhnkenius in priore editione δὲ pro δὴ e Thoma Magistro reponere tentabat, quae emendatio iam tum ab eximio viro dubitantius proposita exemplis in altera editione prolatis prorsus evertitur. Auctor Συναγ. λεξ. χρησ. ap. Bachmann. An. Gr. Vol. I. pag. 158. bis hanc particulam explicuit: ἀτὰρ, καὶ δὴ ἢ πλὴν, ἅτε δὴ, ἢ ὅμως, ἀντὶ τοῦ δέ. et: ἀτὰρ, δὲ, πλὴν, ὅμως. Zonaras T. I. c. 338. ἀτὰρ δὴ, δηλαδὴ, ὁμοίως, πλὴν ὅμως καὶ ἀντὶ τοῦ δὴ ἢ διὰ τοῦτο. In quibus nonnulla turbata esse liquet, sed Grammatico error suus relinquendus.

Pag. 45. Ἀτενής. ἀτενεῖς etiam ipsas res vocari, *quae pervicaci tractantur studio*, memorat Iacobsius Exercitt. Critt. in Scriptt. vett. pag. 49. Verbum ἀτενίζειν illustrat Themistius pag. 165. μὴ ἔχων πρὸς σὲ ἀτενίζειν καὶ ἐπιστηρίζειν τὼ ὀφθαλμώ.

Pag. 46. Ἀτιμώρητος, ἀβοήθητος ἢ θαυμαστός. Iisdem verbis haec glossa repetitur in Bekkeri An. Gr. T. I. pag. 459. ap. Bachmann. Vol. I. pag. 159. et a Zonara Lex. T. I. c. 331. Ultima vox θαυμαστὸς aut misere depravata, aut ex alia glossa, quae evanuit,

errore huc illata est, aut denique statuamus oportet, eam significatum habuisse apud Grammaticos prorsus incognitum nobis. Si locus vitio laborat, ut mihi persuasum est, fortassis scribendum ἀθεμίστιος. Etenim fallor aut Glossographus hoc sibi vult, ἀτιμώρητος nomine etiam illum significari, quem ultione indignum habemus, h. e. pravum, quod sequentibus ἐστὶ δ' ὅτε καὶ ὁ κακὸς satis aperte indicatur. Abreschii coniecturae θανάσιμος iure mortem intulit Ruhnkenius. Ceterum Thucydides lib. VIII. cap. 57. coniungit ἔρημοι καὶ ἀτιμώρητοι et Scholiastes pag. 181. ed. Oxon. explicat οὐδεμίαν βοηθείαν ἔχοντες ὑπό τινος.

Pag. 48. *Αὐτίκα.* De vi huius vocabuli, qua pro *extempli gratia* accipitur, addas Villoisonum ad Apollon. Lex. Hom. T. I. pag. 220. Ast. ad Plat. de Rep. pag. 362.

Pag. 49. *Βάδην, ἐπειγομένη πορεία.* Voluit Ruhnkenius haud dubie οὐκ ἐπειγομένῃ πορείᾳ.

Pag. 50. *Βαθεῖαν αὔλακα.* Apud Montfaucon. abest particula καὶ ante κεκρυμμένης.

Pag. 51. *Βάραθρον.* Vid. Villoison. Lex. Hom. T. I. pag. 240.

Pag. 52. *Βλάξ.* Grammatico obiter succurramus, quem Philemoni suo adiunxit Osannus pag. 296. *Βλάθας, τοὺς ἀγροίκους.* Primam vocem frustra in Lexicis se quaesivisse monet editor. Bene; quandoquidem vocabulorum monstra in Lexica non sunt recipienda. Corr. *Βλάκας.* De ipsa voce cf. Rekk. An. Gr. T. I. pag. 84. sive ap. Bachmann. Vol. I. pag. 180. Boissonad. et Bast. ad Aristaenet. pag. 608.

Pag. 53. *Βένδις.* Cfr. Hoeckii Creta T. II. pag. 259. Tzschuck. ad Strab. T. IV. pag. 189. Ast. ad Plat. de Rep. init. pag. 315. sq. ubi τῇ θεῷ non intelligendam esse Minervam, sed Dianam, censet etiam Boeckhius Inscriptt. Graec. Vol. I. pag. 380. b.

Pag. 55. *Βρενθυόμενος.* Verbi huius, quod in rarioribus numerandum, exempla duo dedi in Indice, quibus alia nunc addam. Plutarchus de Nobilit. cap. 8. in Wolfii Anecd. Gr. T. IV. pag. 204. *ὅσον σὺ βρενθύῃ.* Sic enim vitiosum *βρενθύεις* recte emendatum a Wolfio neque activa huius verbi forma in usu unquam fuisse videtur. Hermias Scholl. in Plat. Phaedr. pag. 176. v. 6. inf. ed. Ast. cum *καλλωπίζεσθαι* iunxit.

Pag. 58. *Γεωμόροι.* De his adde Vales. ad Diod. Sic. T. I. pag. 549. ed. Wessel.

Pag. 64. *Δεκάζει — ἔνθα Ἀδέκαστος ὁ μὴ πιπρ. κ.* Bastii coniecturam *ἔνθεν*, quam in annotatione probavi, minime necessariam esse, multi Lexicographorum loci ostendunt, in quibus *ἔνθα* pro *ἔνθεν* eadem ratione positum. Cfr. Etymol. M. pag. 40, 5. 45, 20. 106, 19. 125, 51. 16, 30. Admonuit me huius usus Sturzius Nov. Annotat. in Etymol. M. Lips. 1828. 4. pag. 4 extr.

Pag. 67. *Δῆμος, εἷς ἐκ τοῦ δήμου καὶ ἰδιώτης, καὶ ἡ πόλις σὺν τῇ βουλῇ.* In annotatione dixi, duas glossas in unam coaluisse mihi videri; idque alibi quoque factum. Scilicet infra p. 148. *Μανὸν, τὸ ἀραιόν. καὶ ὁ μαινόμενος* etc. Confidenter nunc corrigo: *Δημότης, εἷς ἐκ τοῦ δήμου καὶ ἰδιώτης· καὶ Δῆμος, ἡ πόλις σὺν τῇ βουλῇ.* Prius vocabulum legitur in Theage pag. 121. D. *τῶν ἡλικιωτῶν τινὲς αὐτοῦ καὶ δημοτῶν εἰς τὸ ἄστυ καταβαίνοντες.*

Pag. 67. *Δήπουθεν.* Veram vocis potestatem explicuit Stallbaumius ad Phileb. pag. 214. Tetigit iam H. Stephanus de Dial. Att. pag. 227. Sed plane novum est, quod civitate nuper donavit Goettlingius ad Aristotelis Polit. lib. II. cap. 2. pag. 316. vocabulum *ἤπουθεν.* In auxilium vocat *δήπουθεν* s. *δή πουθεν;* sed accuratius comparanti utramque particulam facile, opinor, patebit,

aliud esse δήπουθεν, in quo asseverandi vis remanet, aliud ἤπουθεν, quod num recte *vel maxime* interpretatus sit Goettlingius, ipse nunc videat. In Aristotelis loco constituendo optime, si quid video, versatus est Coraës.

Pag. 67. Διανενεύκαμεν. Non debebat Ruhnkenius adstipulari Cornario, in loco ex Parmenide a se allato πέλαγος λόγων coniicienti, pro eo, in quo omnes libri consentiunt, πλῆθος λόγων. Scio quidem Platonem ipsum voce πέλαγος non semel figurato sensu usum esse, veluti Protag. pag. 338. A. ubi nostrum πέλαγος λόγων redit, et similiter Sympos. pag. 210. D. ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος τοῦ καλοῦ; scio alios multos scriptores locutionibus κακῶν πέλαγος, κύματα et similibus vel maxime delectari solere, de quibus, si tanti est, adeas Rittershusium ad Oppian. Halieut. lib. IV. v. 195. Klotzium ad Tyrt. pag. 85. Wakefieldum Silv. Crit. T. IV. pag. 113. Monkium ad Eurip. Hippol. v. 828. Iacobum ad Luciani Tox. c. 19. pag. 79. scio denique, in Platonis loco, de quo quaeritur, πλῆθος λόγων ieiunitatem quandam redolere videri et verbo διανεῦσαι imaginis exornandae gratia optime convenire alterum πέλαγος: sed quaeso, tantane esse potest Philonis auctoritas, ut Platonis verba sanissima inde pro lubitu corrigere par sit? Elegantius illud πέλαγος dictum esse clamitant hodie interpretes quidam. Audio. At doceant nos primum, quid sit illa, quam iactitant, elegantia neque se solos ineffabili sensu pulchri teneri patiantur: deinde iudicent velim, ubi optio data est in Codd. exquisitius inter et vulgare vocabulum, cur hoc vel illud selegerit scriptor. Tum saepissime eos intellecturos esse contendo, elegantiam se sibi ipsos finxisse atque vulgarem vocem, quoniam scribentis consilio magis responderet, de industria aliquando esse positam aliisque multo fortasse elegantioribus praelatam. Haec vero in universum dicta

sint; nam Platonis locus, quem supra in examen vocare placuit, profecto ita comparatus est, ut vel propter constantem Codicum fidem et orationis simplicitatem de vera scriptura πλῆθος nos dubitare non sinat. Illud autem non possum, quin moneam, serioris aetatis scriptores, qui Platonem sibi passim sumsisse dicuntur imitandum, admodum caute adhibendos esse ad rem criticam. Res in aprico est. Nimirum, ut taceam, singula eos Platonis verba, dictiones, denique totas sententias, vel quod saeculi, quo vivebant, indoles postulare videbatur, vel quod consilium, quo scribebant, longe aliud erat, modo immutasse, modo contraxisse, interdum ampliasse, haud raro etiam accidit, ut pravis et deterioribus libris MSS., quam quorum copia nobis hodie data est, uterentur. Multis quidem huiusmodi floscculis ex scriptis illorum imitatorum decerptis ornatas vel potius oneratas videmus Platonis dialogorum editiones, quas Astius curavit, ceteroquin vir de literis humanioribus praeclare meritus: sed magna eorum pars penitiorem philosophi intelligentiam ne hilum quidem iuvat, longe maxima pars vero, ne quid gravius dicam, inutilis est et lectores ludit.

Pag. 68. *Διαμπερές*. Locos Platonicos investigavit editor, quos prius inspexisset vellem Baehrius, quam ad Plutarchi Philop. cap. 6. pag. 25. contenderet, eam vocem praeter Plutarchi l. c. vix unquam alibi in soluta oratione legi. Sed haec eius minima levitas. Ceterum de Suidae loco a Ruhnkenio laudato aliter Fischerus: „Primum verbum *διαμπερέως* deleri oportere vel e loco Iamblichi, quem eam in rem affert, apparet.“

Pag. 69. *Διαγείρειν, διαξύειν, ἀπαλείφειν, παραπτᾶσθαι*. Glossa, si quae alia, vexatissima. Fischerus „Ruhnkenius, inquit, existimat legi debere *διαγράφειν*. Sed non placuit ei docere, quomodo *διαγράφειν* posset esse *παραπτᾶσθαι*. Reiskio, viro Graecae literaturae

scientiori, quam alii, quos vulgus putat Graece doctissimos, videbatur Timaeus scripsisse: *διατείρειν, διαξύειν, ἀπαλείφειν, σπαράττειν.*" Missa faciam, quae Fischerus in Ruhnkenii conamine vituperat: quod Reiskii emendationem attinet, sat ea gravibus premitur difficultatibus. Etenim concedamus, verbum *διατείρειν*, quod in scriptorum veterum quoquam me legere non memini, alicubi repertum et in hanc seriem receptum esse; quid inde lucramur? Apud Platonem *διατείρειν* non legi certissimum est: itaque statuendum, glossographum alium respexisse scriptorem. Hoc a Timaeo aliquoties factum esse constat: sed alii mihi indicent, quem scriptorem in hac glossa ante oculos habuerit. Dicam quod sentio. Vel tironibus tritum est, simplex *τείρειν*, unde Latinorum *terere*, ad corpus pariter atque animum hominis tralatum *consumendi*, *absumendi*, *conficiendi* notionem involvere, sive id fiat senectute, morbo, vulneribus, doloribus, sive curis, moerore. Unde liquet, compositi *διατείρειν* proprium significatum esse *atterere*, *terendo abolere*, *extinguere*. Tum vero quomodo conveniant tria illa *διαξύειν*, *ἀπαλείφειν* et *σπαράττειν*, quod volebat Reiskius, profecto non assequor. Poterat eodem iure pro *διαγείρειν* emendari *διαχρίειν*. Neque minorem difficultatem habet gemina, quam Suidas suppeditat, glossa: *Διασήθειν, διαξύειν, ἀπαλείφειν, παράπτεσθαι.* Kusterus tantae caligini dispellendae impar rem in suspenso reliquit; Ruhnkenius et huic loco *διαγράφειν* restituendum esse censet. Eandem glossam a Zonara T. I. c. 533. repetitam videmus, ubi Tittmannum Ruhnkenii emendationem latuisse demiror; magis vero etiam miror, quod ipse vocabulis illis notionem tropicam inesse statuit atque pro *διαξύειν* fortassis *διασείειν*, pro *παράπτεσθαι* legendum existimat *ταράττεσθαι*. Probet Tittmannus apto exemplo, veteres ita locutos esse. Reverfor ad Timaeum. In eo,

sicut in Suida et Zonara, misere omnia turbata sunt et una e duabus glossis stolide consarcinata. Videlicet prior glossa est *Διαγείρειν*, quae omni caret explicatione, altera *Διαγράφειν, διαξύειν, ἀπαλείφειν*, quam felicissime restituit Ruhnkenius. Extremum autem verbum *παράπτεσθαι* quomodo sanem, in praesenti non habeo. Vocabulum *διαγράφειν* a Platone ea notione, quam Ruhnkenius voluit, usurpatum reperitur, et diserte auctoritate eius utitur Moeris pag. 120. sive 110. ed. nostrae: *Διαγράφειν, τὸ ἐξαλείφειν, Πλάτων Πολιτικῶν γ'.* Quibuscum haud inutile erit commisisse Scholiastam Aristophanis ad Nub. v. 776. (772) Vol. I. pag. 263, 30. ed. Dindorf. quem ad verbum paene depilavit Zonaras T. I. c. 539. 540. *Διαγέγραπται, κατέξυσται, ἀνῄρηται, ἀπὸ τῆς τοῦ γραμματέως δέλτου, ὅπου αἱ δίκαι ἀνεγράφοντο καὶ αἱ εἰσαγωγαὶ τῶν δικῶν.* et Gl. Codd. Brunck. ibid. *ἀπήλειπται, ἠφάνισται.* Cf. Iacobs. Animadvv. in Athen. pag. 27. Meierus: *der Attische Process.* pag. 27. not. 3.

Pag. 71. *Διδαξάμενος.* „Non semper observari solet usus ille activi et medii, de quo Kuster de Verb. Med. II. 3." *Fischer.*

Pag. 75. *Διωλύγιον.* Vid. Iacobs. ad Achill. Tat. lib. I. cap. 13. pag. 465. Bast. ad Aristaenet. pag. 428. ed. Boisson.

Pag. 76. *Δυσωπεῖσθαι.* De vario usu huius verbi vid. Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. pag. 244.

Pag. 77. *Δωροδόκοι.* Schol. Plat. in Alcib. II. pag. 337. ed. Bekk. *Δωροδόκοι καὶ οἱ δῶρα λαμβάνοντες καὶ οἱ δῶρα διδόντες. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῷ ἐπὶ τοῦ Ζελείτου Ἀριθμίου ἔφη δωροδόκος, ὅπερ ἐν ἴσῳ κεῖται τῷ δῶρα διδούς. ἐπὶ δὲ τοῦ δῶρα λαμβάνειν πολλὴ ἡ παράθεσις, ὥσπερ ἐνταῦθα.* In quo igitur Timaeus cum plerisque Grammaticis consentit, sic eos etiam dici,

qui dona dent, Ruhnkenius probari putat duobus exemplis, quorum unum ex Demosthene petitum a Schaefero auctoritate sua privatum esse monui in annotatine. Alterum ab eodem Ruhnkenio allatum, quod integrum inspicere non licuit Schaefero, legitur apud Aretaeum Cappad. de causs. morbor. lib. II. cap. 12. pag. 67. C. ed. Petiti: *λειποθυμίη, ἐπὶ τῇσι ψαύσεσι ἀκινησίη, ἀποσιτίη, δίψος, ἀγρυπνίη· ἢν δὲ ἐπανέλθωσι, τοῦτο μὲν ὅκως ἐκ θανάτου πεφευγότες, ἄνετοι τὸν βίον, ἀκρατέες, ἁπλοῖ, εὔθυμοι, δωροδόκοι καὶ εἰς τὴν δίαιταν ἁβροί· τοῦτο δὲ ὡς ἐκ θανάτου αὖθις ἐσόμενα ἄδδην χρέονται τῇ παρούσῃ ζωῇ.* Iure doctissimus Henischius h. l. interpretatus est *munifici;* alii de *avaris* falso accipiunt. Unde apparet, seriori demum aetate adiectivum *δωροδόκος* de largitore negligentia quadam usurpatum esse.

Pag. 79. *Ἕδος, τὸ ἄγαλμα καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἵδρυται.* Hanc vocem diu in Platonis scriptis obliteratam (nam Symposii locus pag. 178. A. huc non facit) eruit primum Heindorfius in Phaedon. pag. 111. B. *καὶ δὲ καὶ θεῶν ἕδη τε καὶ ἱερὰ αὐτοῖς εἶναι κ. τ. λ.* Optimi Codices hanc lectionem nunc comprobant et sensus revera postulat. Perperam ante vulgabatur *θεῶν ἄλση.* Sunt autem *ἕδη* h. l. usu rariori *templa statuis ornata*, unde iunctam Timaei explicationem in nostrum locum quadrare intelligitur. Saepius de solis *simulacris* legitur, ut ap. Dionys. Hal. I. 47. quem male interpretatus est Wakefieldus Silv. Crit. P. IV. pag. 119. Multi hanc vocem illustrarunt; vid. Schol. Luciani ad Iov. Trag. 44. de Dea Syr. 14. d'Arnaud. de Diis Assessor. pag. 74. sq. Morus ad Isocrat. Paneg. pag. 120. ed. Spohn. Musgrav. ad Soph. Oed. Tyr. v. 881. Schaef. ad Soph. T. I. pag. 247. Muelleri Aeginet. pag. 160. Osann. ad Lycurg. in Leocrat. pag. 118. Boeckh. Corp. Inscriptt. Graec. Vol. I. pag. 248. a. Schaefer ad Plutarch. Vitt. T. IV. pag.

353. Hamaker. Lectt. Philostratt. pag. 77. 78. Addas Callim. Fragm. CV. Speciosius autem est alterum vocab. ἄγαλμα. Scilicet Homeri temporibus dicebantur ἀγάλματα quaevis templorum ornamenta, unde et nomen accepere: posteriore vero aetate et ipsae statuae, quod ex iis potissimum eiusmodi ornamenta constarent. Vid. Philost. V. Apoll. II. 24. III. 58.

Pag. 80. *Εἰκάζων.* Nonnulla de hoc v. notata videbis in Creuzeri Melett. P. III. pag. 14.

Pag. 84. *Ἔναγχος, ἐν τῷ ἔγγιστα παρελθόντι χρόνῳ.* C. F. Hermanno ad Lucian. de conscrib. hist. pag. 99. *ἄγχιστα* pro *ἔγχιστα* legendum videtur. Sed Timaeum ad etymon vocis non respexisse, credibile est.

Pag. 85. *Ἔναυλος λόγος.* Philo de Parent. colend. §. 7. pag. 22. ed. Mai. *ἐπειδὴ καὶ περὶ αὐτοῦ λόγος ἔναυλος.* Idem de Ebriet. §. 43. pag. 384. ed. Mang. *μὴ ἄρα τι ἔναυλον ἀπολειφθὲν ἀηδίαν ὑπηχοῦν... ἐργάσηται.*

Pag. 87. *Ἔνη καὶ νέα — καὶ Νέον τὸ νέον.* In priore editione Ruhnkenius coniecerat *ἐνὸν* loco extremi *νέον*, quod in altera tacite reiecit.

Pag. 88. *Ἐγχρίμπτει.* Plato Ion. pag. 537. ex Hom. Il. XXIII. v. 338. *ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω.* Addo Philon. Vit. Moys. I. 23. pag. 101. Mang. *ἡ κυνόμυια — μετὰ ῥοίζου καθάπερ βέλος εἰσακοντίζεται καὶ ἐμπίπτουσα βιαίως εὖ μάλα ἐγχρίμπτεται.*

Pag. 93. *Ἐξηγηταί.* Vid. Cuper. ad Marm. antiqq. pag. 277. Schoemann. ad Isaeum pag. 389. Item *ἐξηγεῖσθαι* de religionis interpretibus. Vid. Boissonad. ad Philostr. Her. pag. 337.

Pag. 96. *Ἐξομοργνύμενος, ἐκματτόμενος καὶ ἀποτυπούμενος.* Inepte Lindavius ad Plat. Tim. pag. 123. contendit, harum explicationem posteriorem fabulam quandam Christianorum spectare.

Pag. 102. Ἔῤῥε. „Laudatur apud Suidam ex epigrammate, quod legitur Anthol. III. 5. pag. 293." *Fischer.*

Pag. 102. Ἐρυμνά. In annotatione ἐρύματα laudavi ex Eryxia s. Aesch. Socr. Dial. II. 17. ubi Stephanum ἐρύμασι sine idonea caussa mutasse in ἔργμασι monet Fischerus. Retinuit tamen inventum Stephanianum contra omnium Codd. fidem.

Pag. 106. Εὔθυναι. Logistis et Euthynis num unum idemque fuerit munus, graviter aetatula nostra disceptatum est. Res est in vulgus nota. Augustus Boeckhius pluries in libris suis et novissime in Museo Rhenano I. 2. pag. 60 sqq. Bonnae 1827. sententiam suam tenacissime propugnavit, discrimen inter utrumque magistratum statuendum esse, quod ita expressit pag. 73: *Die Logisten nahmen überhaupt die Abrechnung als Hauptbehörde, die Euthynen untersuchten aber vorzüglich den materiellen Rechnungs- und Thatbestand.* Contra Hermannus in commentatione, quam scripsit de perversa Boeckhii Inscriptiones Graecas interpretandi ratione, Append. tertia pag. 220 sqq. contendit, in quo consentientes secum habet maximam partem veteres Grammaticos, nomine tantum discrepasse utrumque magistratum, non munere. Et hoc quidem Etym. M. et Photii verba egregie stabilire videntur: ἡμεῖς δὲ τούτους λογιστὰς λέγομεν, postquam in praegressis sermo fuerat de Euthynis. Sed apte monuit Boeckhius, nisi fallor: *Wenn zu der Zeit und in dem Lande, woher die Glosse stammt, Rechnungsabnehmer nicht εὔθυνοι sondern λογισταὶ hiessen, wie folgt daraus etwas für Athen in den Zeiten des Peloponnesischen Krieges und des Demosthenes.*

Equidem Grammaticorum dissensum mihi ita explico, ut Euthynorum et Logistarum munus principio discrepasse, seriori autem tempore, id est longe post

bellum Peloponnesiacum in unum coaluisse, nomen utrumque remansisse atque a Grammaticis veteribus promiscue positum esse contendam.

Pag. 107. *Ἐφέται, πεντήκοντα* etc. Ruhnkenii sententiam, emblema hoc esse, satis leviter impugnavit nuper Hippol. Franc. Kayemannus in dissertatione, quam de origine Ephetarum et eorum iudiciis ap. Athen. puplicavit, pag. 8. not. 9. sic argumentans: „Timaei glossam etsi insititiam putat Ruhnkenius, tamen ad bina Platonis loca de Legibus retulerim, quibus Delphinium ac Prytaneum, ubi Ephetas ius dixisse constat, indicare videtur.“ Locos autem intelligit hosce: de Legg. lib. IX. pag. 865. A. et B. *καὶ ἐὰν ἐλευθέραν γυναῖκα βιάζηταί τις ἢ παῖδα περὶ τὰ ἀφροδίσια, νηποινεὶ τεθνάτω ὑπό τε τοῦ ὑβρισθέντος βίᾳ καὶ ὑπὸ πατρὸς ἢ ἀδελφῶν ἢ υἱέων. Ἐάν τε ἀνὴρ ἐπιτύχῃ γαμετῇ γυναικὶ βιαζομένῃ, κτείνας τὸν βιαζομένον, ἔστω καθαρὸς ἐν τῷ νόμῳ.* coll. ibid. pag. 874. B. et C. Hem! Itane docti fuerunt glossographi illi, ut ad credendum ducamur, Timaeum ad ea, quae Plato admodum obscure indicaverat, ne dicam, paene non attigerat, revera attendisse? Aliis haec persuadeat Kayemannus: equidem graviora postulo argumenta. Omnino enim Timaei consilium in eo positum fuisse videtur, ut singulas voces Platonicas, quae ipsi notatu dignae viderentur, atque locutiones difficiliores explicaret, interiorem autem orationis notitiam nihil curaret.

Pag. 108. *Ἔφοροι, πέντε μείζους καὶ πέντε ἐλάττους.* Ephori singulis annis creabantur ex numero civium. Constantem eorum numerum veteres scriptores veterumque monumentorum tituli alium nominant, quam Timaeus exhibet; nempe quinque omnino fuisse uno ore fere testantur. Vid. Inscriptt. Furmont. in Hist. de l'Acad. T. XV. pag. 397. Xenoph. Ages. 1, 36. Aristot.

Polit. II. 10. Polyb. IV. 22, 5. 7. Plutarch. Cleom. cap. 8. Pausan. III. 11, 2. Contra Etym. M. s. v. et Lex. Seguer. in Bekk. An. Gr. Vol. I. pag. 257. de novem Ephoris loquuntur. Cf. Tittmannus: Darstellung der Griech. Staatsverff. pag. 107. not. 4. Huellmannus: Staatsrecht des Alterthums pag. 197. 283 sqq. Muellerus: Die Dorier P. II. pag. 146. Iam Timaeus unde sua habeat atque cum repugnantibus veterum testimoniis num ea aliquatenus consociari possint, quaesitu difficillimum est. Posterius efficere studuit Muellerus in: Prolegomenen zu einer wissenschaftlichen Mythologie pag. 430. his usus verbis: „*Es ist klar, dass die 5 kleinern Ephoren bei Timaeus blos Gehülfen der Ersteren waren, welche die immer zunehmende Wichtigkeit des Amts nöthig machte und nichts für die ursprüngliche Anordnung beweisen.*“ Tum profecto mirum est, totam antiquitatem de his quinque minoribus Ephoris maioribus pari numero in auxilium datis profundum obtinere silentium. Neque verosimile est, Timaeum Ephoris errore adiunxisse Bidiaeos, quinque numero atque minores illis.

Pag. 108. *Ἐχέγγυον, τὸ διά πίστεως ἄξιον οὕτως καλεῖ.* Quisnam? Plato aperte, ut recte suspicatur editor: nam alias exspectes *καλεῖται.* Vocem integram sub glossa delitescentem eruit Porsoni sagacitas (vid. eius *Tracts and Miscellaneous Crit.* pag. 265. ed. Kidd.) Alcibiade I. pag. 134. E. *ἀσφαλὴς γὰρ εἶ ἐχέγγυος,* haud improbante, ut videtur, Bekkero Comment. Critt. in Plat. T. II. pag. 401. not. Antea edebatur *ἐγγυητής.* Quae autem si vera sunt, et quis dubitet? in Timaeo corrigatur oportet *τὸν διὰ πίστεως ἄξιον* etc. quod ne Schleusnerum quidem fugit Cur. Nov. in Phot. c. 28. Sic fere Hesychius v. *ἐχέγγυος, ἀσφαλὴς ἐγγυητὴς, ἀξιόπιστος, βέβαιος.* et quorum verba cum Timaeo fere concinunt, Suidas v. *ἐχέγγυος, ὁ ἀσφαλὴς ἐγγυητὴς, ὁ διὰ πίστεως*

ἄξιος. Zonaras T. I. c. 938. Photius Lex. c. 39. ed. Herm. In his, si quid video, omnia plana sunt atque perspicua: volunt enim Grammatici illi ἐχέγγυον eum nominari, *cui possis sponsori credere*, id quod innumeris veterum scriptorum locis comprobatur. Vid. Reisigius ad Soph. Oed. Col. v. 276. pag. 226. 227. et in Enarrat. pag. LXIV sq. Caecus fuit Schleusnerus, cum in Curis Nov. l. c. Photii glossae ἐχέγγυος, ὁ ἀσφαλὴς ἐγγυητής, ὁ διὰ πίστεως ἄξιος corruptelam adhaerere contenderet. „Scribendum, crepat, vel ὁ διὰ τὴν ἐγγύην πίστεως ἄξιος vel διὰ expungendum est. Sed prior emendatio mihi quidem praeferenda videtur. Pertinet haec glossa, ut e Phavorino discere licet, ad Thucyd. III. 46. quamquam vox ἐχέγγυος apud Eurip. Phoeniss. v. 766. Dionys. Hal. Clem. Alexandr. Iosephum, alios reperitur.“ Duplicem igitur erravit errorem.

Pag. 110. Ζυγομαχεῖν. Add. Eustath. in Homer. pag. 1818, 52. ed. Rom.

Pag. 112. a. Huc referendum χρηστός, quod de homine simplici etiam poëtis usitatum fuit; cfr. Iacobs. Additam. Animadvv. in Atheu. pag. 340. In eundem censum venit ἀρχαῖος. Vid. Heindorf. ad Plat. Euthyd. pag. 295. C. Ast. ad Plat. Legg. pag. 105. Hoc sensu Pherecrates Comicus usus esse traditur in Bekk. An. Gr. T. I. pag. 13.

Pag. 113. Ἠπίαλος. Multa collegit Schleusnerus Cur. Nov. in Phot. c. 46. Aristoph. Thesmoph. Sec. ap. Schol. ad Vesp. v. 1038. Ἅμα δ' ἠπίαλον πυρετοῦ πρόδρομον. Aristoph. Acharn. v. 1164. ἠπιαλεῖν.

Pag. 114. Ἤ που. Legitur Lys. pag. 207. D. Epist. VII. pag. 336. B. Errore factum est, ut in annotatione tales locos Platonicos excitarem, qui ἤ που praebent, quamquam in nonnullis eorum alterum ab editoribus repositum.

Pag. 115. Ἧτρον. Naekius ad Choeril. pag. 98. ἶτρον, inquit, vitiosa scriptura vel fortasse antiqua scripturae inconstantia.

Pag. 117. Θέρμη, ὁ πυρετός. Ruhnkenius Timaeum scripsisse suspicatur θέρμα, allato Theaeteti loco pag. 178. E. οἷον θέρμα. ἆρ' ὅταν τις οἰηθῇ ἰδιώτης κ. τ. λ. Sed hunc locum aut negligentius inspexit vir eximius aut tacite correxit. Nempe pro θέρμα, quod in eo se reperisse dicit, omnes Codd. et Editt. exhibent θερμά, h. e. θερμότητες, ut nos dicoremus *Zustände der Hitze*. Utut est, a Ruhnkenio in errorem se induci passus est Lobeckius ad Phrynichum pag. 331. cum scriberet: „Si nostris editionibus standum est, de Platone aliter se habet, nam in Theaet. pag. 129. E. (ed. Lugd.) θέρμα legitur, sed θέρμαι Timaeus h. l. invenisse videtur." Atqui θέρμαι in Platone a Timaeo lectum fuisse credibile non est et glossam ad Thucydidem spectare, ut plures in hoc Lexico, certissimum est. Phrynichus respexit Menandrum, cuius fragmentum servavit Zonaras Lex. c. 1030. θέρμη καὶ θέρμα. — Μένανδρος· Βοῦβὼν ἐπήρθη τῷ γέροντι, θέρμα τε Ἐπέλαβεν αὐτόν. Addo Heliodor. Aethiop. VIII. 13. πυρετοῦ τινος ὥσπερ θεηλάτου τῆς προτεραίας ἐνσκήψαντος καὶ θέρμης ὀξείας ὑποδραμούσης. Plato Phaedon. pag. 105. C. θερμότης et paullo post πυρετὸς habet, ad quem locum si quis Timaei glossam referre velit, non repugno. De voce θέρμη cf. Meinekius ad Menand. Reliqq. pag. 37.

Pag. 119. Θεηπολεῖν. Accipienda haec glossa, ut Schleusnerum (vid. Cur. Nov. in Phot. c. 56.) docuit Lobeckius, de Metragyrtis, qui effigiem matris deorum vel humeris portantes vel iumento imponentes per oppida et vicos vagabantur et stipem quaerebant.

Ibid. Θόλος, οἶκος περιφερὴς κ. τ. λ. De hoc vid. Schleusnerus Cur. Nov. in Phot. c. 65. In ipso Photio

c. 73. ed. Herm. πυροῦ pro πυρῶν ex Apogr. nunc scriptum.

Pag. 121. Θυήματα. θῦμα legas etiam Criti. pag. 120. B. Definit. pag. 415. B. θύημα nusquam. θυλήματα, de quibus Ruhnkenius in annotatione, Platoni vindicavit de Legg. lib. VI. pag. 471, 4. ed. Bekk. Henricus Valesius in Notis MSS., quas Bekkerus in Comment. Critt. T. I. pag. XIII. primum publici iuris fecit. Reponi etiam vult ex vetere interprete in Aristoph. Plut. v. 660. ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ θυλήματα καθωσιώθη pro vulgato προθύματα. θυμίαμα legas de Rep. lib. II. pag. 373i A. Cf. Iacobs. ad Achill. Tat. pag. 538.

Pag. 122. Θυραυλεῖν. Add. Isocrat. Archid. pag. 138. A. ἐν μηδεμίᾳ πόλει τεταγμένος, ἀλλὰ θυραυλεῖν καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν. Dionys. Halic. Ant. Rom. lib. IX. cap. 15. Boissonad. ad Aristaenet. pag. 721.

Pag. 124. Ἰδίειν, ἱδροῦν. Photius c. 78. ed. Herm. ἰδίειν, ἱδροῦν. καὶ ἀνιδητὶ, τὸ ἀνιδρωτί. Pro ἀνιδητὶ, quod mihi non extricé, lenissima mutatione rescribas ἀνιδιτί. Platonis hoc est de Legg. lib. IV. pag. 718. E. Scholiastes ad h. l. pag. 451. ed. Bekk. explicat ἀνιδρωτὶ, ὡς ἐν τῷ Διογενιανῷ, quod et ipsum unus Platonis codex praebet. Conf. Hom. Il. XV. v. 228. Ceterum verbi ἰδίειν fontem quaeras apud Homerum Odyss. XX. v. 204. coll. Eustathio pag. 950, 55. Hippocr. de morb. mul. I. pag. 606, 22. Theophrast. Hist. Plant. V. 10.

Pag. 125. Ἱερομνήμονες. Vid. Boeckh. Corp. Inscriptt. Gr. Vol. I. pag. 610. b. 823. b.

Pag. 126. Ἰνδαίλεται. Vid. Eustath. in Hom. pag. 1102, 63. 1311, 4. Tzetzes ad Lycophr. v. 254. Coteler ad Patr. Apostol. T. I. pag. 162. T. II. pag. 477.

Pag. 127. Καὶ τάχει ἴμεν. Montfaucon exhibet: Καὶ τάχὲ ἴμεν.

Pag. 128. Καραδοκεῖν. Schleusnerus in Miscellan.

Critt. a Friedem. et Seebodio editis Vol. I. P. 3. pag. 536. ἐπιζητεῖν mutari vult in ἐπιτηρεῖν et mox χωρήσῃ in χωρήσειν. Quibus facile caremus. Vitio laborat Zonaras T. I. pag. 1177. Καραδοκεῖν, τὸ τῇ κεφαλῇ προσβλέπειν ἐκδεχόμενον, μήποτε κέαρ ἔγκειται. Cod. August. ἐγκέχυται. Sensum horum verborum se non prorsus assequi fatetur Tittmannus.

Pag. 129. Κάταγμα. Pro σπάσμα, quod ex corrupto πλάσμα restituit editor, lenius foret κλάσμα, nisi usus huius verbi obstaret. Emendatricem manum exspectat Zonaras T. I. c. 32. Ἄγμασι, κλάσμασι, τροπαῖς. Postremam vocem Tittmannus de ventis sumi posse existimat, quod falsissimum. Scrib. τριπτοῖς.

Pag. 134. Κνάφος — ὅμοιον δέ ἐστιν γναφικῷ κτενί. In Cod. notante Bastio Append. Ep. Crit. pag. 21. perperam κναφικνῷ. Sed scripturam veterum Atticorum duriorem κναφικὸς etc. alteri per $\overline{\gamma}$ praetulisse videntur Grammatici. Cfr. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 166. Eccles. v. 415. (438.) Quid quod ipsum instrumentum illud serioribus dicebatur γνάφος. Vid. Iacobs. ad Anthol. Pal. pag. 246.

Pag. 141. Κυαμεῦσαι, κυάμῳ ψηφοφορῆσαι. Eadem habet Photius c. 134. ed. Herm. et Suidas, nisi quod ψηφηφορῆσαι apud utrumque exaratum. Hancce formam a Ruhnkenio indicta caussa damnari aegre ferimus. Ruhnkenii observata tacite in usus suos convertit Schleusnerus Cur. Nov. in Phot. c. 152., tantummodo hoc de suo addens, merum sibi videri sphalma typographicum. O felicem typothetarum errorem, cui ψηφηφορεῖν haud dedignati sunt homines Graece doctissimi, Schaeferus atque Lobeckius. Videlicet utraque scribendi ratio in usu fuit; a quo et quando haec vel altera primum adhibita, propter Codices in huiusmodi minutiis fluctuantes certo definiri nequit. Vid. Lobeck. ad Phryn.

pag. 652. Schaeferus in notulis, quibus Schleusneri Curas nobis tam caras reddidit, haec habet: „Ego malim accedere Casaubono ad Dionys. Hal. pag. 20. b. Cf. Bastii Ep. Crit. pag. 16 sq. In Aristoph. Acharn. v. 376. vera videtur Cod. scriptura *ψηφηδακεῖν* (plane *κωμικῶς*, cum exspectes *ψηφηφορεῖν*). Cf. Equit. v. 41 sq.“ *ψηφηφορία* etiam iure intactum reliquit in Zonara T. II. c. 1872. Tittmannus.

Pag. 142. *Κύρβις*. Dicebantur *κύρβεις* apud Athenienses ligna vel lapides pyramidales, in quibus leges ad sacra spectantes erant inscriptae. Namque praeclara inventa, leges aliaque posteris in columnis, saxis, parietibus, tabulis aeneis tradendi mos antiquissimus. Vid. Valentin. ad Porphyr. de Abstin. II. 21. Wachsmuth. *Hellen. Alterthumsk.* T. I. P. 1. pag. 266. Apud seriores autem omnia sic dicta sunt memoriam rei alicuius testantia monumenta. Vid. Hemsterh. ad Polluc. VIII. 28. Meurs. Solon. c. 24. Chandleri Inscriptt. Antiq. T. II. 26. Huc pertinet Schol. Platonis in Politicum pag. 298. D. *Κύρβεις, τρίγωνοι πίνακες, ἐν οἷς οἱ περὶ τῶν ἱερῶν νόμοι ἐγγεγραμμένοι ἦσαν καὶ πολιτικοί. ἄξονες δὲ τετραγώνοι, ἐν οἷς οἱ περὶ τῶν ἰδιοτικῶν. Τινὲς δὲ ἀδιαφορὰ ταῦτα φασίν.* Ceterum in loco, quem ex Platonis Politico attulit Ruhnkenius, iuncta videmus *κύρβεις* et *στήλας*. Eodem modo Eusebius Vita Constant. I. 1. *οἱ δὲ κύρβεσι καὶ στήλαις βαθείας γραμμὰς ἐγχαράξαντες*. Themist. Orat. XXX. *ὡς χρὴ θύειν τὰς θυσίας τὰς ἐκ τῶν κύρβεων καὶ τῶν στηλῶν κατὰ τὰς συγγραφάς.* Observandum tamen, *στήλας* non intelligendas esse hic columnas proprie sic dictas, sed lapides, quorum forma erat plerumque quadrata, ipsi arte politi et levigati. Cf. Iablonsky Panth. Aegypt. V. 5.

Pag. 145. *Λήξεις*. Ex loco Legg. lib. VIII. pag. 846. B. in Timaeo reponi mavult Fischerus *Λήξεων*.

Pag. 146. *Λίσπαι, οἱ δίχα πεπρισμένοι.* In Platone *διαπεπρισμένοι*, quod libri scripti et editi habent, Ruhnkenius putabat quondam Timaeo auctore corrigi debere *δίχα πεπρισμένοι*, quod iure improbat Fischerus, cuius notula haec est: „Nam, inquit, *διαπεπρισμένοι* exquisitius est, quam ut a librariis profectum videri possit. Et glossographus voluit explicare *λίσπαι* per vocabula notiora quaevis alia, non per ea, quae legerentur in ipso loco glossae. Illud vero magis probo, quod excidisse idem V. D. putat apud Nostrum nomen *ἀστράγαλοι*. Fundus coniecturae Suidae est. Unde potius apud Timaeum rescribendum possit quis putare *διαπεπρισμένοι*. Sed nec hoc omnino necesse est, quum Suidas sua potuerit ab alio mutuari.“ De tesseris hospitalibus multa VV. DD. collegerunt ad Plaut. Cist. II. 1, 27. et Poenul. V. 1, 25. Schneiderus ad Aristot. Polit. T. II. pag. 252. „Helladius in Scholiis Euripideis ad Medeam, v. 6, 13. *Οἱ ἐπιξενουμενοί τισιν ἀστράγαλον κατατεμόντες θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατελίμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλων ἀνανεῶνται τὴν ξενίαν. Εὔβουλος ξούθῳ· Τί ποτ' ἐστὶν ἅπαντα διαπεπρισμένα ἡμισέως; ἀκριβῶς ὥσπερ εἰς τὰ σύμβολα.* Atque hinc apparet, quae sint *λίσπαι* Platonis in Symposio, quae Suidas interpretatur *οἱ μέσοι διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι*. Male tamen Ruhnkenius ad Tim. *talos in medio incisos* interpretatur, cum deberet *medios dissectos* dicere, Scholii Euripidei immemor, quod lucem desideratam poterat affundere.“

Pag. 148. *Μανὸν, τὸ ἀραιόν. καὶ ὁ μαινόμενος, ὁ μὴ ἰσχυρὸς ταῖς φρεσίν.* Haec nimine cohaerere quum perspiceret Ruhnkenius, tentavit Suida duce *Μανὸν, τὸ ἀραιὸν, καὶ Μανὸς, ὁ μαινόμενος*. Sed usum vocis *μα-*

νὸς, quo *furiosus* dicatur, neque Platonis neque alius veterum scriptorum auctoritate stabiliri posse ipse fatetur Ruhnkenius. Suida excepto, cui non multum tribuam, propterea quod genuina ab insiticiis, vera a falsis saepius vix dignosci possunt, omnes, quotquot consului, veteres grammatici et lexicographi in eo consentiunt, utrique vocabulo diversas fuisse significationes. Sic auctor Συναγ. λεξ. χρησ. in Bachmann. An. Gr. Vol. I. pag. 295. μανὸν, ἀραιὸν, χαῦνον, ἢ ἀνωφερὲς, ὡς φλόξ. Unus Zonaras scrupulum nobis iniicere possit, qui T. II. c. 1328. in hunc modum loquitur: μανικὸς, παρὰ τὸ μαίνω, μανὸς, καὶ τὸ κτητικὸν μανικός. Sed accuratius consideratus eadem vult, quae reliqui. His omnibus perpensis simplicissima ratione Timaei glossam sic restituendam esse censeo: Μανὸν τὸ ἀραιόν. Μανικὸς, ὁ μαινόμενος κ. τ. λ. Plato Sympos. pag. 173. D. καὶ ὁπόθεν ποτὲ ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβες, τὸ μανικὸς καλεῖσθαι, οὐκ οἶδα ἔγωγε.

Ceterum Phrynichi praeceptum, primam syllabam vocis μανὸς Atticos longam edidisse, num verum sit, discas a Schaefero ad Apollon. Rhod. T. II. pag. 214.

Pag. 148. Μέλεος. Inepta sunt Timaei veterumque Grammaticorum huius vocis originem indagandi conamina. Ipsius Buttmanni ratio haud probabilis videtur. Mihi cum μέλειν cohaerere persuasissimum est.

Ibid. Μέρμερος. Hanc vocem Platoni reddere studuit non sine magna veritatis specie Heindorfius Alcib. II. pag. 148. A. ἀλλὰ μέρμερόν τι μοι δοκεῖ εἶναι, καὶ ὡς ἀληθῶς πολλῆς φυλακῆς. In libris tam scriptis quam editis legitur: ἀλλὰ μάργον τί μοι δοκεῖ εἶναι κ. τ. λ. Fuit, cum scriberem ἀλλ' ἀμοργόν τι μοι δοκεῖ κ. τ. λ. Sed Buttmannus quin vulgatam lectionem pag. 189. ed. quartae iure defenderit et recte explicuerit dubitari nequit; μαργὸν enim insanum est, sive in stultitia posi-

tum sit, sive in immoderata libidine, uti lib. VII. de Legg. pag. 792. E.

Pag. 159. *Ὀκνεῖ.* Add. Sympos. pag. 218. C. *καί μοι φαίνει ὀκνεῖν μνησθῆναι πρός με.* Alcib. I. pag. 118. B. *ὃ ἐγὼ ὀνομάζειν μὲν ὀκνῶ.*

Pag. 160. *Ὀμόσε.* Verba corrupta restituere conatus est C. F. Hermannus ad Lucian. de conscrib. hist. pag. 189. not. hunc in modum: *Ὀμόσε, εἰς ταὐτὸ, ἐπὶ τῶν ἐναντίων (ἐναντίως?) εἰς μάχην φερομένων.* quam emendationem commentis Toupianis longe praefero.

Pag. 164. *Ὅσια.* Vid. Ilgen. ad Hom. Hymn. pag. 400.

Pag. 165. *Οὐκ ἄλλως προνοεῖ.* De adverbii *ἄλλως* notione, qua idem est quod *μάτην*, vide nunc Bornemann. de Epilogo Cyrop. pag. 13. Lobeck. ad Phryn. pag. 754. Ast. ad Plat. de Legg. pag. 38. Schol. Aristoph. ad Equit. v. 436. I. F. Heusinger ad Plutarch. de puer. educ. cap. 13. pag. 105. 106. Matthiae Animadvv. in Hymn. Homer. pag. 402. Huschk. Anall. critt. in Anthol. Gr. pag. 39.

Pag. 167. *Οὐκ ἔτως, οὐκ ἐτησίως γεγραφὼς, οὐ ματαίως.* In his *γεγραφὼς* quid sibi velit, alter divinet Oedipus. Existimabam legi posse *οὐκ ἐτωσίως γεγονὸς* vel *οὐκ ἐτωσίως, παρέργως*, quam posteriorem mutationem Zonaras T. I. c. 896. nunc confirmare videtur. Sed neutrum aliquatenus mihi sufficit. Schleusnerus in Miscell. Critt. a Friedem. et Seeb. edd. Vol. I. P. 3. pag. 536. arbitratur ex Aristoph. Plut. v. 1167. *Οὐκ ἐτὸς ἅπαντες — σπεύδουσι — γεγράφθαι* illud *γεγραφὼς* pedem intulisse in Timaeum. Hoc vero ridiculum. Poni autem solet *οὐκ ἐτὸς* in interrogatione ita, ut notio quaedam acerbitatis insit, quam vim ne per transennam quidem perspexit Fischerus ad Aristoph. Plut. v. 404. Veram formulae potestatem aperuit Passovius in Lexico s. v. sed quod subiicit ibidem vir summus, solum *ἐτὸς* apud

Oppianum mediae sententiae sine interrogatione insertum legi et respondere vernaculo *es ist wahr*, non statim crediderim. Evolvo Cyneg. lib. I. v. 53. ubi ita cecinit poëta: — *οὐ μὲν ἄρ' οὐδ' ἁλιῆϊ καὶ οὐκ ἐτὸς ἐξευτῆρι ἄγρη νόσφι πόνοις.* Schneiderus quomodo interpretetur nihil moror. Illud mihi persuasissimum est, ut in omnibus locis, quotquot novi, ita hoc in loco *οὐκ ἐτὸς* necessario iungendum et priorem particulam negativam ad utrumque nomen substantivum referendam esse. Tum hic fere sensus prodit: Neque piscatori, neque *(quis neget, nonne verum est)* aucipiti captura absque opera cedit.

Pag. 167. *Οὐκ ἐν ὑπονοίᾳ.* Vid. Creuzer. Specim. Observv. ad noviss. Winckelmanni editionem pag. 16. eiusdem Symbol. et Mythol. T. I. pag. 69. ed. sec. Boettiger: *Ideen zur Kunstmythol.* pag. 178. Ceterum in loco, ex Plat. Polit. quem Ruhnkenius apte apposuit, Toupius Emendd. in Suid. T. IV. pag. 413. ed. Ox. scribi mavult *οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν εἴτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, εἴτ' ἄνευ ὑπονοιῶν.*

Pag. 170. *Παλιναίρετα — σημαίνει δὲ καὶ τὰ πάλιν αὐτὰ ἐν Τιμαίῳ.* Montfaucon dedit *ἔκκλητα.* Photius non minus corrupte *ἔκκλιτα*, ubi haereo inter *ἔκβλητα* et *ἔκλυτα.* Timaei Platonici locum attulit editor. Explicationem autem *τὰ πάλιν αὐτὰ*, qualem noster dedit Timaeus, in mendo cubare nemo facile infitias ibit. Hemsterhusii emendationem *παλίσσυτα* Ruhnkenio probatam repudiavit nuper Lindavius ad Plat. Tim. pag. 126. propter vocis potestatem poëticam, qua in explicatione difficilioris vocabuli Grammaticus abstinere debuisset. Haec non male disputata sunt; sed quod ipse proponit Lindavius *τὰ πάλιν λυτὰ*, vereor, ut cuiquam probet. Ex sententia Grammatici exspectamus longe aliam interpretationem, *πάλιν κτιστὰ* vel simile quid.

Si illa *τὰ πάλιν αὐτὰ* ullo modo defendi possunt, Grammaticum intelligi voluisse existimo *ea, quae denuo ea ipsa facta sunt, quae ante fuerunt, quae in pristinum suum statum redierunt:* sed fateor, mire haec tum expressa esse.

Pag. 173. a. Toupius quod coniicit in Eunapio *ὑπὸ λιμοῦ παρεθέντες*, confirmatur Codice ap. Bast. Epist. Crit. pag. 138. ed. Wiedeb.

Pag. 174. *Πάρνοψ*. Vid. Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 150. Artemidor. lib. II. cap. 22. Aelian. Hist. Anim. lib. XVII. cap. 19.

Pag. 175. *Πατρονομούμενοι, οἱ τοῖς γονικοῖς νόμοις χρώμενοι ἢ ὑπὸ τῶν πατέρων ἀρχόμενοι.* Probat Ruhnkenius Valckenarii coniecturam *προγονικοῖς*. Sinceritas adiectivi *γονικὸς* addubitata est iam a Fabro et Gronovio ad Aelian. Var. Hist. lib. II. cap. 20. *οὐδὲ μὴν ὑπὲρ γονικῶν ἠρίων κακοπαθοῦσιν*. ubi *προγονικῶν* simili ratione mutaverunt. Sed praeclare monuit C. F. Hermannus in Specim. Comment. Crit. ad Plut. de Superstit. pag. 31. not. *γονικὸς* legitime descendere a *γονεὺς*, ut *βασιλικὸς* a *βασιλεὺς*. Nostrum locum quod attinet, ipsos *γονεῖς* intelligi, non *προγόνους*, ex eo patet, quod additur *ἢ ὑπὸ τῶν πατέρων ἀρχόμενοι*, quae si antitheseos magis quam explicationis caussa adiecta essent, scribendum fuisset addito articulo *ἢ οἱ ὑπὸ τῶν πατέρων ἀρχόμενοι*.

Pag. 176. *Πειρῶντα*. Vid. Verheyk. ad Antonin. Liberal. cap. 39. pag. 263. Bast. Epist. Crit. pag. 199. ed. Wiedeb. Iacobs. ad Achill. Tat. pag. 571.

Pag. 179. a. De v. *Καλλικύριοι* adde Welcker. ad Theognidis Reliqq. pag. XIX sq.

Pag. 183. *Ποικιλτική, ποικίλον ὕφασμα ἢ ὑφαντικὴ ποικίλων*. Duplicem glossam in his latere mihi persuasum est. Fortasse scribendum *Ποικιλία* sive *Ποίκιλμα ποικίλον ὕφασμα. Ποικιλτική, υφαντικὴ ποικίλων*. Prae-

ter locos Ruhnkenio laudatos *ποικιλία* Plato habet Tim. pag. 50. D. 57. D. et *ποίκιλμα* ibid. pag. 67. A. C. Euthyphr. pag. 6. C. Cfr. Pierson. ad Herodian. pag. 404. b. ed. meae. Addo, ut defendam, Plat. de Rep. lib. VIII. pag. 557. C. *ὥσπερ ἱμάτιον ποικίλον πᾶσιν ἀνθεσιν πεποικιλμένον*, ubi Iacobsius in Anthol. Gr. T. I. P. 2. pag. 35. quum adiectivum *ποικίλον* sive alterum *πεποικιλμένον* inducendum censeret, suavissimum loquendi morem Platonis ignoravit. Ceterum iudice Alberto ad Hesych. s. v. sedes glossae *ποικιλτικὴ*, quaerenda in Iobo XXXVIII. 36. *τίς δ' ἔδωκεν γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην;*

Pag. 185. *Πρόσχημα.* Commemoravi in annotatione notionem huius vocabuli in Lexicis etiamnum neglectam, qua de argumento, de forma orationis dicitur et vernaculo respondet *Vorwurf.* Adiicio nunc Hermiam in Platonis Phaedr. pag. 59. ed. Ast. *πρῶτον δὲ τὸ ὑλικὸν τοῦ διαλόγου καὶ τὸ πρόσχημα τῆς ὑποθέσεως ἐκθώμεθα.*

Pag. 185. *Πρέμνον — οἷον πραμνόν τι ὄν.* Scribendum *οἷον πρυμνόν τι ὄν.* Nam *πρέμνον* cum *πρυμνὸς* cohaerere quis dubitet? Idque, nisi fallor, indicare voluit glossographus.

Pag. 189. *Πρυτανεία.* Add. Apol. Socr. pag. 32. B. *καὶ ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα.*

Pag. 191. *Ῥῆτραι.* Vid. Iacobus ad Luciani Tox. pag. 113. atque de singulari huius vocis usu F. V. Franckii Callinus pag. 199.

Pag. 192. *Ῥυμβεῖν, ῥομβεῖν. τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς κινήσεως τοῦ ῥόμβου.* Ruhnkenius verbum illud neque apud Platonem, neque apud ullum veterum scriptorum se reperisse testatur. Postquam diu ipse frustra quaesiveram, ecce inter legenda Platonis scripta et verbum, quod auctoritate adhuc in Lexicis destitutum erat, et locus apparuit, qui obversabatur glossographo nostro. Legitur

autem in Cratylo pag. 92. v. 13. ed. Bekk. pag. 426. E. HSt. *οἷον κρούειν, θραύειν, ἐρείκειν, θρύπτειν, κερματίζειν, ῥυμβεῖν· πάντα ταῦτα τὸ πολὺ ἀπεικάζει διὰ τοῦ ῥῶ.* Quinque Codices *ῥυμβεῖν*, septem *ῥύμβειν*, unicus *ῥύμβδειν*, reliqui cum Stephano hic exhibent *ῥέμβειν*. Ficinus: *circumversare*. Iam de tota Timaei glossa videamus, cui ne leve adspersum sit mendum, valde vereor. Scribere malim *τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς δινήσεως τοῦ ῥόμβου*. Equidem non is sum, qui *κινήσεως* defendi posse negem: at *δίνησις* apprime convenit *ῥόμβῳ* et altero est longe significantius. Sic *ῥύμβων*, quae vox inde descendit, turbineam quamlibet denotat circumvolutionem, veluti foliorum, quae in gyrum circumagitantur. Zonaras T. II. c. 1622. *Ῥυμβόνες, αἱ εἰλύσεις καὶ κινήσεις εἰς πείρας, οἱονεὶ αἱ κοτυλώδεις καμπαί.* Corrigas primum *εἰλήσεις* pro *εἰλύσεις*, quod doctissimum editorem fugisse miror. Cfr. Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. pag. 279. Deinde meo periculo reponas *δινήσεις εἰς σπείρας*. Rectius Scholiastes Apollonii Rhodii ad lib. IV. v. 144. T. II. pag. 580. ed. Schaef. *Ῥυμβόνας δὲ, τὰς εἰλήσεις τῆς σπείρας, τὰς περιδινήσεις. — Ὅθεν καὶ τὸ κινούμενον τροχίσκιον ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥυμβίον καλεῖται.* Adde Etym. M. pag. 706, 19. De voc. *ῥύμβος* non poenitebit legisse Iacobsii Animadvv. in Eurip. Tragoed. pag. 92. 93. Huschkium Anall. Critt. in Anthol. Gr. pag. 106 sqq.

Pag. 193. *Σηκός*. De variis formis *θριγκὸς, θριγγὸς* etc. vid. Goens de Cepotaph. pag. 173 sq. Sturz. Nov. Annot. ad Etym. M. pag. 3. ad 8, 55.

200. *Στρατεία*. Ad ea, quae in annotatione dixi, confirmanda addo nunc Andocid. de Redit. pag. 130, 14. Bekk. *οἱ ἐπὶ στρατείας ὄντες*. Platon. Phaedro pag. 260. B. C. *ὡς παντὸς ἄξιον τὸ θρέμμα οἴκοι τε κεκτῆσθαι καὶ ἐπὶ στρατείας*. de Rep. lib. III. pag. 404. C.

ὅτι ἐπὶ στρατείας ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἑστιάσεσιν οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ κ. τ. λ. ubi male vulgo στρατιᾶς.

Pag. 204. Σφενδόνη. Vid. Coraës ad Heliod. pag. 152. Foesii Oecon. Hippocr. pag. 604. Kirchmann. de annulis cap. III. pag. m. 15.

Pag. 207. Ταλαντοῦσθαι. Vid. Iacobs. ad Achill. Tat. I. 12. pag. 461.

Pag. 208. a. De Damascii loco a Ruhnkenio in suspicionem vocato non possum, quin verissimam huc transcribam Boissonadi sententiam ad Eunap. T. I. pag. 273. „Attamen, inquit, Ruhnkenius Platonicarum imitationum curiosior investigator pro ἐπείθετο coniicit ἐτέγγετο, quod ἐτέγγετο vox sit Platonica magis quam ἐπείθετο. Hoc sane est doctrina abuti et scriptores non corrigere, sed adulterare.“ Ad haec attendant velim interpretes quidam Platonis, qui in serioris aevi scriptoribus Platonicas dictiones et Platonici ingenii ἐκμαγεῖα ubique odorantur.

Pag. 209. Τεθυμμένος, ὑπὸ πυρὸς ἐκκεκαυμένος ἢ κεκακωμένος. „Apud Suidam erat τεθυμένος, quod Kusterus recte mutavit in τεθυμμένος. Idem alterum glossema referebat ad τετυμμένος a τύπτω. Quid vero, si pro κεκακωμένος e Moeride rescribendum sit ἐπικαώμενος? Certe verba ἢ κεκακωμένος ab alio addita esse, non a Timaeo profecta, videntur.“ *Fischer.* Fateor κεκακωμένος non bene quadrare mihi videri. Haud male Wakefieldus Silv. Crit. P. II. cap. 88. pag. 83. κεκαρώμενος coniicit, cuius coniecturae laude ne fruatur curavit Schleusnerus Curis Nov. in Phot. c. 436. ἐκαρώθη ὑπὸ τοῦ οἴνου dixit Antoninus Liberal. cap. 12. Cf. Bast. Epist. Crit. pag. 136. ed. Wiedeb.

Pag. 210. Τελεσθέντα, ἀναλωθέντα. Glossa aliunde huc illata. Zonar. T. II. c. 1724. Τελεσθῆναι, καὶ τὸ

ἀναλωθῆναι. οὕτως Ἀντιφῶν. Antiphontem intelligit non oratorem, sed poëtam.

Ibid. Τερθρεία, γοητεία ἢ περιπάθεια. Ultima vox gravi affecta est vulnere. Ruhnkenius in τερατεία mutandam esse censet. Equidem malim περπερεία, quod aptissimum est et ad literarum ductus propius accedit. Saepenumero τερθρεία de buriis, de vana ostentatione usurpatum est. Zonaras T. I. c. 1719. ἄλλοι δὲ τερθρείαν λέγουσι τὴν φλυαρίαν. Herodian. Philetaer. pag. 443. ed. Piers. sive pag. 402. ed. nostrae ἐξονυχίζειν δὲ τὸ λεπτολογεῖσθαι, ὅπερ καὶ τερθρείαν λέγουσι. Paullo aliter apud Philonem de Cherub. §. 12. pag. 146. ed. Mang. καὶ ὀνομάτων γλισχρότητι καὶ τερθρείαις ἐθῶν.

Pag. 212. Τευτάζων. Forma media τευτάζεσθαι, quam subdubitabat Ruhnkenius, certissima est. Vid. Bast. Epist. Crit. pag. 152. not. 72. ed. Wiedeb. In loco Platonis, quem Ruhnkenius tractavit, de Rep. lib. VII. pag. 521. E. pro τέτευχε hodie legitur e Codd. τετεύτακε. Fischerus: „Pro vulgato τέτευχε certum est rescribi debere ex Eusebio τετεύτακε. Quam emendationem et Reiskius praefert lectioni vulgatae, quam tamen putabat non omnino repudiari debere, si intelligeretur διατρίβουσα.“

Pag. 218. Τωθάζων. Glossa haec Schleusnero in Friedem. et Seeb. Miscell. Critt. Vol. I. P. 3. pag. 536. ex Axiochi l. c. desumpta videtur, cum in exemplo suo pro ἐπιτωθάζων Timaeum scriptum reperisse simplex τωθάζων apertum sit.

Pag. 219. Ὑμνοῦσι, λέγεται καὶ ἐξ ὀρθῆς, λέγεται καὶ κατ' εὐφημισμὸν κ. τ. λ. dedit Montfaucon. Ceterum in Platon. Critia pag. 118. B. τὰ δὲ περὶ αὐτὸν ὄρη τότε ὕμνει τὸ πλῆθος . . . παρὰ πάντα τὰ νῦν ὄντα γεγονέναι Ruhnkenius infelici conatu cum Stephano activum verbum in passivum mutari volebat, quum h. l. verbum activum more Atticorum neutrius vim habeat. Rem extra

omnem dubitationem ponit locus simillimus de Rep. lib. V. pag. 463. E. quem a Ruhnkenio aegre video neglectum: *αὗται σοι ἢ ἄλλαι φῆμαι ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν ὑμνήσουσιν εὐθὺς περὶ τὰ τῶν παίδων ὦτα καὶ περὶ πατέρων, οὓς ἂν αὐτοῖς τις ἀποφήνῃ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ξυγγενῶν;* Cf. Astius ad h. l. pag. 519.

Pag. 225. *Φελλία.* Vid. Reiskius ad Isaeum Oratt. Graecc. Vol. VII. pag. 227, 3. Stephan. de Dial. Att. pag. 196. C. Tittmann. ad Zonar. T. II. c. 1802. et, si tanti est, Runkel. ad Cratini Fragm. pag. 27.

Pag. 228. *Χαραδριός.* Pro *ἐπεὶ* Montfaucon. *ἐπὶ* et *ἀναλίσκεται* pro *ἀναλίσκει.*

Ibid. *Χαρίζεσθαι.* Apud Montfaucon. legitur *ἢ ὑπὸ τοῦ ἐν λόγῳ ὑποκατακλ.* pro *ἐπὶ τοῦ ἐν λ.* De eo vocis significatu, quo in re Venerea usurpatur, consulas Eichstadii Quaest. Philol. Spec. I. pag. 59. Welcker. ad Theognidis Reliqq. pag. 143.

Pag. 230. *Χραίνειν — τὸ δὲ ἀποχραίνειν, τὶ τᾷ χρωσθέντα ἐνοποιεῖν.* Extremum verbum corruptum videtur.

Pag. 232. *Ὦ μέλεε.* Verba *ὦ δείλαιε* inserta habet etiam Montfaucon.

Comparatur prior Timaei editio a Ruhnkenio publicata cum posteriore.

Pag. 4. *b. v.7. Ed. pr.* *συγγενέτιν pro συγγενεστάτην.*

Pag. 6. *b. v. post* *ἄγαλμα add.* Libanius Opp. T. I. pag. 355. C. *τὴν Δεινομάχην μακαρίζειν, οἷον ἄγαλμα (Ἀλκιβιάδην) εἰς φῶς ἤγαγε.*

Pag. 8. *b. v.* 10. *a fin.* *ἔργῳ. add.* Sic et Clemens Alexandr. Paedag. lib. III. c. 3. pag. 263. *καὶ δὴ ἀγαστεὶς τῇ σεμνότητι.*

Pag. 9. *a. v.* 11. *ἀπεδέξατο*, ubi tamen rectius interpreteris *libenter*, *ἀσμένως.*

Pag. 10. *a. v.* 3. *πόλεων.* Ibid. pag. 226. *οὐκ ἀξιῶ ἀγείρειν, καθάπερ τοὺς πτωχοὺς τῶν ἀνθρώπων.*

— — *v.* 4. *a fin.* Mitto, quae Gisb. Cupero III. 4. aliisque ex Athenaeo notata sunt de Chelidonistis et Coronistis. Sed omnes agyrtas ut mendicandi impudentia, ita et fama superabant Galli sacerdotes matris Deûm, inde *Μηναγύρται* dicti.

Pag. 11. *v. a.* 17. *add.* Haec paullo fusius explicuimus in tironum gratiam, qui praeterea consulant Interpp. in Apuleii. Miles. VIII. pag. 139.

v. 4. *a fin.* pro *cultu divino. Ed. pr.* pro *ceremoniarum peractione.*

Pag. 12. *a. v.* 14. *a fin.* *piaculum*, *add.* Nam quicunque *ἄγος* contraxerat, sollemni ritu lustrandus et expiandus erat.

— — *b. v.* 8. *ἀπεστράφης.* Philo Iud. de Spec. Legg.

pag. 604. F. ὡς κοινᾶ τῶν πατρίδων ἄγη καὶ μιάσματα δίχα συγγνώμης ἀνηροῦντο. Ibid. pag. 615. B.

Pag. 12. *b. v.* 10. καὶ μύσος. *Ed. pr.* μίσος, *et paullo post:* In Appiani loco μίσος pro *odio* capi potest, *quod ab omnibus in Caesarem esset redundaturum.* Licet enim librarii μίσος et μύσος perpetuo confuderint, ab ipsis tamen scriptoribus illa accurate distincta arbitror.

Pag. 14. *b. v.* 16. Albertus ad Hesych. in v. Adde Ctesiam Excerpt. pag. 635. καὶ ἀγχώμαλος ἡ μάχη ἐγένετο. Arrianus ap. Suid. v. Βουλυτός. Γίνεται μάχη καρτερὰ ὑπὸ βουλυτὸν ἀγχώμαλος. Synes. de Provid. pag. 95. A. κἂν μὲν ἀγχώμαλον ᾖ τὸ πλῆθος.

Pag. 14. *a. v.* 10. *a fin.* Pro κατηγορία, quod erat in MSto, reposui κακηγορία, quomodo itidem in Stephano Byzant. v. Αἰξωνία praeter L. Holstenium emendavit Florens Christian. ad Aristoph. Vesp. v. 890. et in Hesychio nuper viri eruditi. Adde Lectt. Lysiac. cap. X. pag. 708.

— *b. v.* 7. Ἀβδηρίτης. De Abderitis, quorum nomen in stuporis et insaniae fabulam abiit, praeter Paroemiographos vide Worth. in Tatian. adv. Gent. cap. 28. pag. 63.

Pag. 17. *a. v.* 17. ἐπεγείρει. *Ed. pr.* ἐπεγερεῖ μᾶλλον;

— — *v.* 23. Ἀκροχειρίζεσθαι. Verbum Pancratiastarum proprium dubito an quisquam Grammaticorum elegantius explicuerit Timaeo nostro; cui sua ad assem debet Suidas, pro ταῖς ἄκραις legens ἄκραις ταῖς χερσὶ, quo supplemento facile caremus.

Pag. 17. *b. v.* 17. Ἀκταίνειν. Hanc rarissimam vocem ex Platone expulit sciolorum imperitia, dicam, an audacia. Neque huius rei testem dabo Timaeum, cuius hac parte fides propter crebras interpolationes vacillat, sed alium locupletiorem, omnique maiorem ex-

